AVDOMARI TALÆI RHETORICA,

E

~~P. RAMI~~ REGII PROFESSORIS PRAELECTIONIBVS OBSERVATA.

Cui præfixa est epistola, quæ Lectorem de omnibus vtriusque Viri scriptis propediem edendis, commonefacit.



COLONIAE AGRIPPINAE.

Apud Theodorum Baumium: sub signo arboris.

ANNO M. D. LXXXVIII.



PETRVS RAMVS LECTORI S. D.



ABES Lector, in duobus libellis Rhetoricã elocutionis & actionis ab Audomaro Talæo non tantùm è Rhetorum officinis depromptã, sed ex eloquentium hominum ſpatijs obſeruatam, & legitima in primis methodo cõformatã. Quidquid enim Ariſtotelis vel Iſocratis arculę, quicquid Ciceronis vel Quintiliani μυροθήκια de hac arte complectuntur, id totum hîc copiosè & integrè propoſitum eſt. Hîc inſignibus poëtarum & oratorum exemplis, id eſt vſu ipſius eloquentiæ magiſtro, demonſtratum & illuſtratum, quæ ſit in tropis gratia; quæ delitię ſint in figuris verborum, qui in figuris ſententiarum nerui ac thori, quæ vis in voce, quæ ſuadæ medulla ſit in geſtu totaq; actione: corpusque artis vniuerſum partib⁹ ac mẽbris aptiſſimè cõpoſitũ

atque collocatum: deniq; viuam quandam eloquentię imaginem Apelles hic noster tibi repræsentare voluit, quò faciliùs præstantium in dicendo hominum Rhetoricas virtutes & intelligeres, & intellectas imitando & commentando tibi cōparares. Qua laude Grāmatica omnium artium apud omnes scholas, de quibus quicquam nosse potui, cumulatissima est, paucis præceptis, exercitatione frequenti & assidua Grāmaticos innumerabiles informādo. Rhetorica si ita doceretur, si ita exerceretur, Oratores tam multos exhiberet, quàm multos Grammaticos Grammatica quotidie nobis exhibet. Si quid autem rhetoricum in ipsa Rhetorica prætermissum putabis, Rhetoricæ in Ciceronem & Quintilianum scholæ tibi satisfacient.

Vale.

AVDO-

AVDOMARI TALAEI RHETORICAE LIBER PRIMVS DE ELOCVTIONE.

CAP. I. QVID RHETORICA, *& quid Elocutio?*

RHETORICA eſt ars bene dicendi: cuius virtus prudenter adhibita, mirabiles effectus habet. Ideoq; Plato ſophiſtis Græciæ & Rhetoribus iratus, hanc ipſam artem ὀψοποιϊκὴν, κομμωτικὴν, κολακικὴν, γοητικὴν quandam obſonandi, fucandi, adulandi, incãtandi, peritiam appellat. Platonem quoq; ſecutus Ariſtoteles, totum Rhetoricę facultatis artificiũ, in bene morata ciuitate ſuperuacaneũ eſſe iudicat: tantumq; ob auditoris peruerſitatem inuentum. Deniq; Romani Roma Rhetoricam expulerunt, hodieq; Turcę Turcia tota è liberalibus artibus Rhetoricam auerſantur. Et quidem nullum eſt vel condimenti, vel fuci, vel adulationis, vel incantationis genus, quo rudes illi & imperiti auditores (è quibus totæ ciuitates conſtãt) faciliùs, quàm Rhetoricis ornamentis ad idoneã ſententiam accommodatis capiantur. Attamen vterque Philoſophus è Rhetoricæ artis magi-

ornatum etiam corporis & dignitatē: sic verbi modificatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis. Delectat autē ideò, vel quia ingenij specimen est transilire ante pedes posita, vel quòd is q. audit, aliò ducitur cogitatione, neq; tamē aberrat: quæ maxima est delectatio. Hæc igitur prima sunt condimenta orationis, primaq; fucati medicamēta ruboris & cādoris. Sed tamē verecundus debet esse tropus, vt deductus esse in alienū locum, non irruisse: atq; vt precariò, non vi venisse videatur. Quod si durior vel inęqualior fuerit, κατάχρησις abusio dicitur. ἀκυρολογία Grammaticis dicitur, 4. Aeneid.

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Sperare pro timere. pro Marc. Gladium „ vagina vacuum non vidimus, dixit orator. „ Quod ex Liuio nudum diceres. Audacia autē tropi, ὑπερβολή superlatio appellatur. Sed cùm troporum singulorum ornatus magnus est, tum continuatorum & coniunctiorum multò maximus: quæ continuatio (si lubet) ἀλληγορία inuersio nominetur. Sed in allegoria tenēdum est illud, vt quo ex genere rerum cœperis, eodem desinas: secus inconsequentia fœdissima fuerit, ait Quintilianus.

CAP. 3. DE METONY-*mia causæ.*

Troporū genera duo sunt. Primum est Metonymia & Ironia. Metonymia est trop' causæ ad effectū, subiecti ad adiunctū, Vel cōtra.

Metonymia causæ est efficientis aut materiæ. Efficientis, vt cùm inuentor & author pro ipsis effectis rebus vsurpantur. Aeneid.1.

Tum Cererem corruptam vndis, Cerealiaq; arma
Expediunt.—id est fruges. pro Marc.

Quos amisimus ciues, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ: Martis, id est, prælij. Georg. 1.

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.

id est igne. Terent. Eun.

Sine Cerere & Libero friget Venus.

id est, sine cibo & vino, amor friget. Allegoria hic est. Vulcanum pro igne vulgo audiuimus: Et vario marte pugnatum: eruditus est sermo: Et venerem quam coitum dixisse magis decet. Ita Liberum & Cererem pro vino & pane, licentiùs quàm vt fori seueritas ferat, ait Quintilianus lib.8. cap.6. Est præterea hic valde vsitatum, imò (quia verbum deest) necessarium, scriptores pro scriptis operibus appellare. Sic Mart.14. appellat Liuium pro historia à Liuio scripta.

Pellibus exiguis arctatur Liuius ingens.
Quem mea non totum bibliotheca capit.

Metonymia materiæ. Horat.

Non domus & fundus, non æris aceruus & auri,
Aegroto domini deducit corpore febres.

Hic æs & aurũ, pro nummis æneis & aureis vsurpantur. 2. Leg. Aes & ferrum duelli insignia sunt, non fani. Hic æs & ferrum pro æneis & ferreis armis. Ver.6. Cùm essent tricli

nia

nia strata, argentumq; expositum in ædibus. „
Argentum significat hic argenteam supelle- „
ctilem.

CAP. 4. DE METONYMIA *effecti.*

Metonymia effecti est, cùm ex effectis efficiens significatur. Agr. 2. Nolo suspensam & „
incertam plebem Romanam obscura spe, & „
cæca expectatione pendere. Spes obscura dicitur, quia reddit incertos sperantes: & expectatio cæca, quia cæcos & ignaros expectantes reddit. Horat. 1. lib. Od. 14.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas
Regumq; turres, ô beate Sesti.

Pallidū propriè dicitur, quod pallescit, sed in hoc exemplo pallida mors dicitur, quæ pallidum mortuum efficit. Item Aen. 6.

Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus.

Sic orator præcipitem iram, hilarem adolescentiam: segne ocium dixit, ait ibidē Quin- „
tilianus. Imò verò hinc & oratorum, & poe- „
tarum plurima epitheta sunt.

CAP. 5. DE METONYMIA *subiecti.*

Metonymia subiecti est, cùm nomen proprium rei subiectę ad significandam rem adiunctam traducitur: vt cùm ponitur continēs pro re contenta. Est verò metonymia hæc lōgè frequentissima, cùm locus pro ipsis incolis vsurpatur, Aen. 2.

Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam.

,, 3.Catil.Vrbs pulcherrima,florentissima,po-
,, tentissima.in Pis.Quòd in me carcerem effu-
,, distis,id est,qui in vinculis & carcere erant,
,, vel digni carcere.Pro Pomp. Testis est Italia,
,, quam ille ipse victor L. Sylla, huius virtute
,, & consilio confessus est fuisse liberatam:Te-
,, stis est Sicilia,quam multis vndique cinctam
,, periculis, non terrore belli,sed celeritate cõ
,, silij explicauit.Testis est Gallia,per quam le-
,, gionibus nostris in Hispaniam iter Gallorũ
,, internecione patefactum est:Testis est Hispa-
,, nia, quæ sæpissimè plurimos hostes ab hoc
,, superatos prostratosq; conspexit. Hic Cice-
ro Italiam,Siciliam,Galliam,Hispaniam po-
suit pro Italis,Siculis,Gallis,Hispanis. Alter
etiam locus ad res locatas traducitur.1.de O-
,, rat.Agè verò,ne semper forum,subsellia, ro-
,, stra,curiamq; mediteris:id est, actiones rhe-
,, toricas in foro, in subsellijs,in rostris,in cu-
ria:quæ allegoria est, vt rursus ibidẽ. Quod
,, quidem si erit à vobis impetratum, magnam
,, habebo, Crasse, huic palæstræ & Tusculano
,, tuo gratiam,& longè Academię illi ac Lycio
,, tuum hoc suburbanum gymnasium antepo-
,, nam.Hic enim per Academiam, Lycium,Tu-
,, sculanum,intelligimus doctrinam celebratã
,, in Academia à Platone, in Lycio ab Aristote-
le, in Tusculano à Cicerone. Ex hoc genere
etiam est illud, cùm ex possessore possessa res
intelligitur.Aen.2.

—iam proximus ardet

Vcalegon—id eſt, Vcalegonis domus. In proſa lõgè frequentiſſimè eſt. Horat. *Apud me eſt*. id eſt, domi meæ. Cicero: Ego cùm triduo cum Pompeio, & apud Pompeium fuiſſem. Malo tecum apud te ambulare, id eſt, domi tuæ. Sic dicimus hominem deuorari, cuius patrimonium deuoratur, ait Quintilianus. & ſic Terent. Heaut.

Quid te futurum cenſes, quem aſsiduè exedent?

Sic ab Annibale cęſa apud Cannas ſexaginta millia Romanorum dicimus, quia ab exercitu, cuius dux erat Annibal, cęſa ſunt. Sic litigantium clientum aduocati perſonas ſuas pro clientum perſonis vſurpant. pro. Cæcin. reſtituiſſe te dixti: nego me edicto prætoris reſtitutum eſſe. Sic Cicero Piſonem aduocatum partis aduerſæ alloquitur, tanquam Ebutius id diceret Cæcinnæ.

CAP. 6. DE METONYMIA *adiuncti.*

Metonymia adiuncti eſt, cùm ex adiunctis res ſubiectæ ſignificantur. Sic nomina virtutum ipſarum pro bonis viris, & vitiorum pro malis, & multarum aliarum rerum, pro perſonis, quibus adiunctæ ſunt, vſurpantur. 1. Verr. Quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in ſupplicijs, auaritia in rapinis, ſuperbia in contumelijs efficere potuiſſet, eas omnes ſeſe hoc vno Prætore per triennium pertuliſſe. Luxuries pro luxurioſo ponitur, crudelitas pro crudeli, auaritia pro auaro, ſuperbia pro ſuperbo & continuatio quatuor

meto-

metonymiarum allegoriam facit. Sic signum pro re significata ponitur, vt pubes pro iuuentute. Pro Mil. Cui omnem Italiæ pubem. Sic adiunctũ temporis pro subiectis. O tempora, ô mores, pro perditis temporum & malè moratis ciuibus. 1. Catilin.

Aspera tum positis mitescent secula bellis.

1. Aeneid.

Ex hoc genere metonymiæ sunt illa Ciceronis hyperbolica O scelus, ô labes, ô audaciam incredibilem, & similia. Locus ille in Pisonem, insignem quæstioné ex intelligentia metonymiæ huius exprimit: Non vlla tibi (inquit) inuidia nocuit, sed versus tui. Nimis magna pœna, te consule, constituta est poetæ siue malo, siue libero. Scripsisti enim versus:

Cedant arma togæ. —

Quid tum? Hæc res tibi fluctus illos excitauit? At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio, quod te Consule in sepulchro Reipub. incisum est: Velitis, iubeatis: vt non quòd M. Cicer. versum fecerit, sed quòd vindicarit. Veruntamen quoniam te nó Aristarchum, sed Phalarin Grammaticũ habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poetã armis persequare, scire cupio quid tandem isto in versu reprehendas.

Cedant arma togæ,

Tuæ dicis (inquit) togæ summum imperatorem esse cessurum. Quid nunc te asine, literas doceam? nó opus est verbis, sed fustibus.

Non

Non dixi hanc togam, qua sum amictus: nec „ arma, scutum, & gladium huius imperato- „ ris: sed quòd pacis est insigne & otij, toga: „ contra autem arma, tumultus atque belli: „ more poetarum locutus, hoc intelligi volui: „ bellum ac tumultum paci atque otio con- „ cessurum. Quære ex familiari tuo Græco il- „ lo poeta, probabit genus ipsum, & agnoscet: „ neque te nihil sapere mirabitur. Pro Marc. „ vterq; tropus cum proprijs verbis adiungi- „ tur. Semperq; mea consilia pacis & togæ so- „ cia, non belli atq; armorum fuerunt. aliquã- „ do in vno verbo metonymia duplex est. Pro „ Marcel. Victoriæ ferocitatem extimescere, „ pro ferocem victoriam, modus est quartus. „ Et ferocem victoriam, quæ faciat victorem ferocem, secundus modus est. Ergo hæc metonymiæ vbertas est tam latis in caussarum, effectorum, subiectorum, adiũctorum campo finibus propagata.

CAP. 7. DE IRONIA.

Ironia, est tropus à contrario ad contrarium. εἴρων cauillator, simulator, dissimulator, illusor, irrisor: sic εἰρωνεία simulatio, dissimulatio, dissimulantia, illusio, irrisio dicitur. Hoc proprium est in hoc tropo nomen: Valet autẽ tropus hic, cùm ad cætera omnia, tum in primis ad iocandum: in eoq; genere Socratem Cicero author est 2. Orat. lepore & humanitate cæteris præstitisse. vnde & ipse εἴρων appellatus est, quòd se imperitum fingeret, admirator aliorum, tanquam sapientum.

tum. Percipiuntur autem ironia, vel rei, vel pronunciationis, vel vtriusque dissensione. Nam si altera, vel vtraque dissentiat verbis, apparet voci mentem esse contrariã. Genera ironiæ (si qua sint) dissentaneis diuiduntur.

Ironiæ libertas magna est in his formulis: Terent. Eun.

Heus bone vir, curasti probè.

Centurioni à pugna absentiam excusanti; quòd in castris custodiæ causa remansisset: „ Non amo (dixit Africanus) nimiùm diligentes. Sic cùm Lamia deformis interpellaret „ odiosè, Audiamus (inquit Crassus) pulchel„ lum puerum. Cùm esset arrisum: Non potui „ mihi (inquit Lamia) formam ipse fingere, in„ genium potui. Tum hic audiamus (inquit „ Crassus) disertum. Multò etiã arrisum est ve„ hementius. Generis huius est illa simulatio, „ liberatus sum, respiraui. bene habet. Sed *εἰρω-* „ *νεία* cõtinuata, facit allegoriã gratiorem: In „ Clodium, Integritas tua te seruauit, (mihi „ crede) pudor eripuit, vita anteacta seruauit. Verr. 3. Dum est vnde ius ciuile discatur, ado„ lescẽtes ei in disciplinam tradite: mirum est hominis ingenium, mira prudentia. Aen. 4

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis
Tuq; puerq; tuus: magnum & memorabile nomen,
Vna dolo diuûm si fœmina victa duorum est.

Hic & rei, & vocis si oratio bene proferatur, dissensio manefesta est.

Est & ironia q̃ παράλειψις pr̨eteritio quibusdam

busdam dicitur, vt in his formulis, prætereo, mitto. Pro Pomp. Sinite hoc loco, Quirites (sicuti poetæ solēt, qui res Romanas scribunt.) præterire me nostram calamitatem, quæ tanta fuit, vt eam ad aures L. Luculli, non è prælio nuncius, sed ex sermone rumor afferret. 8. Aeneid.

Quid memorē infandas cædes? quid facta tyranni
Efferam? ____ Et 10. Aeneid.
Quid repetam exustas Erycino in littore classes?
Quid tempestatum regem, ventosq́; furentes
AEolia excitos? aut actam nubibus irim?

Pro Clu. Mitto illam primam libidinis iniuriam: mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsam matrimonio filiam, &c. Nihil de alteris Oppianici nuptijs queror: Prætereo quòd eam sibi domum sedemq́; delegit, in qua quotidie superioris viri, mortis indicia, & spolia fortunarū videret. Ironia deniq; est, quæ ἀπόφασις negatio dicitur. Non agam tecum iure summo: non dicam quod fortasse obtinerem. Verr. 1. Nec ea dico, quæ si dicam, tamen infirmare non possis, &c. Sunt hæc & alia in te falsi accusatoris signa permulta, & quibus ego nūc vtor. Hic, Nec ea dico, Non vtor, ἀπόφασις similē habent.

CAP. 8. DE METAPHORA.

Tropi primum genus adhuc fuit in Metonymia & Ironia: secundum sequitur in Metaphora & Synecdoche. Metaphora est, quando ex simili significatur simile. Ita-

que

que metaphora est ad vnum verbum cõtracta similitudo. Tropus autem nullus est florentior, quã metaphora, nec qui plus luminis afferat orationi: præsertim si ratione sũpta est, & ad sensus ipsos admouetur, maximè oculorum, qui est sensus acerrimus. Nam & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, sunt ducta à cęteris sensibus. Illa verò oculorum multò acriora, quæ ponunt penè in conspectu animi, quæ cernere & videre nõ possimus. Sed hæc omnia plenioribus exemplis melius intelligentur. Nihil est autem in rerum natura, vnde simile duci non possit: in-
" didemq; ideo & metaphora. Pro Sest. Cuius
" ego patrem, Deum atq; parentem statuo for-
" tunæ nominisque mei. Hic tanquam Deum
" & parentem intelligis. 1. Tusc. Honos alit
" artes, omnesque incenduntur ad studia, glo-
" ria. Aeneid. 4.

Spem fronte serenat, Item,

" *Magnoq́; irarum fluctuat æstu.*

" 2. Orat. Vt sementem feceris, ita metes. In
" Brut. Latrant quidam oratores, non loquun-
" tur. In Pisonem, cùm de Epicuro volupta-
" tis magistro agitur, Ad illius hanc orationẽ
" adhinnijt.

" Hiperbole verò & allegoria in metaphoris præcipuam laudem obtinent: & hic vulgo etiam præcipuè collocantur: Atq; ex hyperbolica metaphora oritur mira sublimitas orationis, cum rebus inanimatis actum

quendam

quendam & animos damus, vt Arist. 11. cap. 3. Rhet. admonuit: deinde Quintil. lib. 8. cap. 6. Aeneid. 1.

—geminiq; minantur
In cœlum scopuli,— Item, Aene. 8.
—Pontem indignatus Araxes.

Pro Marcel. Parietes, medius fidius C. Cæsar, vt mihi videntur, huius curię tibi gratias agere gestiunt.

Allegoriæ multò sunt hic illustrissimæ Philip. 4. Virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nunquam vi labefactari potest, nunquam dimoueri loco. 3. Catil. Memoria vestra, Quirites, nostræ res alentur, sermonibus crescent, literarum monimentis inueterascent, & corroborabuntur. Ver. 4. Ipse inflammatus scelere, venit in forum: ardebant oculi, totoq; ex ore crudelitas emicabat. Horat. 1. od.

O nauis, referent in mare te noui
Fluctus: ô quid agis? fortiter occupa
Portum.—

De Orat. Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere è nido, qui euolent clamatores odiosi ac molesti. In Pis. Neque tam fui timidus, vt qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernassem, saluamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, aut collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. Alios ego vidi ventos, alias prospexi

„ animo procellas: alijs impendentibus periculis non cessi: sed vnum me pro omnium salute obtuli. Frontis nubeculam, & contaminatum spiritum, hyperbolicam elationē habent.

CAP. 9. DE SYNECDOCHE *membri.*

Metaphora igitur eiusmodi fuit: superest synecdoche, cùm ex parte totum, aut contrà significatur. Pars autem est membrū vel species. Synecdoche membri est, quando ex mēbro integrum significatur. Philip. 2. O tecta ipsa misera, quàm dispari domino (quanquā quomodo iste dominus) sed tamen quàm à dispari domino tenebantur. Virgil. Aene. 1.

Haud aliter puppesq; tuæ, pubesq; tuorum.

„ Prosa mucronem pro gladio; & tectum pro domo recipiet: non autem puppim pro naui, nec abietem pro tabellis, ait Quintil. lib. 8. cap. 6. Allegoria quædam hic est. Catil. 1. Nullo me modo posse ijsdem parietibus tutò esse tecum, qui in magno periculo essem, quòd ijsdem mœnibus contineremur. Hic parietes pro domo, mœnia pro vrbe intelligis. Multorum te oculi & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient. 1. Catil. hic oculi & aures, pro oculatis & auritis hominibus.

(∴)

CAP.

CAP. 10. DE SYNECDOCHE *ſpeciei.*

Synecdoche ſpeciei eſt, cùm ex ſpecie ſignificatur genus. Catil.1. Certè verendum nõ ,, erat, ne quid hoc parricida ciuium interfe- ,, cto, inuidiæ mihi in poſteritatem redundaret. Sic infinitum numerum dicimus pro magno. Plaut. *Sexcenta licet eiuſmodi proferre.* Or. 2. Cuius ex ludo tanquam ex equo Tro- ,, iano innumeri principes exierunt. Sic nume- ,, rus ſingularis pro plurali: quo modo ſæpe eſt ,, in Liuio, Romanus prælio victor. Georg.3.

Haud ſecus, ac patriis acer Romanus in armis.

Item Or.1. Quid tam neceſſariũ eſt, quàm ,, tenere ſemper arma, quib' tectus eſſe poſsis? ,, id eſt poſsimus, vel quilibet poſsit.

Allegoria hic eſt frequentior. Agr.2. Cùm ,, haberet hæc Reſpubl. Lucinos, Calatinos, Acidinos, homines non ſolùm honoribus populi, rebuſque geſtis, verùm etiam patientia paupertatis ornatos, & tum cùm erant Catones, Philippi, Lælij, quorum ſapientiam temperantiamque in publicis priuatiſque; forenſibus domeſticiſque rebus perſpexeris: tamen eiuſmodi res commiſſa eſt nemini. Hic Lucini, Calatini, Acini, pro ciuibus honoratis & pauperibus: Catones, Philippi, Lælij, pro ſapientibus & temperatis vſurpantur. Sed hic Troporum ſignificatio etiam ab Oratore explicatur. Talis in Iuuenale, Satyr. 2. allegoria eſt:

" *Vltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem*
" *Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,*
" *Qui curios simulant, & Bacchanalia viuunt.*
Hic Sauromatas & glacialem Oceanū dixit, pro quolibet remotissimo loco, Curios pro temperatis, Bacchanalia pro quolibet intemperantiæ genere. Idem:
Quàm si te Veneris commendet epistola Marti.
Venerem & Martem dixit pro amica & amatore. Sic Eclog.4.
Alter erit tum Tiphys, & altera, quæ vehat Argo
Delectos Heroas, erunt etiam altera bella,
Atq; iterum ad Troiā magnus mittetur Achilles.
Significat autem gubernatores, & naues, " & bellatores, & hostilia oppida. Sic Agr.2.
" Hunc Capuæ Campano supercilio ac regio
" spiritu cùm videremus, Magios, Blossios mihi videbar videre, ac Iubellios.

CAP. II. DE SYNECDOCHE *integri.*

Synecdoche totius est, quandò ex totò pars significatur: estque integri vel generis: integri, quando ex integro significatur membrū. Aeneid.1.
Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq; bibissent.
Hic intelligis & partem pabuli, & partem Xanthi fluuij, non tota pabula, non totū Xanthum. Eclog.2.
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.
" 1. Epist. 4. lib. Res vides quomodo se habeat:
" Orbem terrarum distributis imperijs ardere bel-

re bello. Orbem pro globo, synecdoche est membri pro integro, & orbem pro parte orbis, est synecdoche contraria integri pro mẽbro, id est pro imperio Romano.

CAP. 12. DE SYNECDOCHE *generis.*

Synecdoche generis est, quando ex genere significatur species, pro Mar. Et certè in armis, militum virtus multũ iuuat. Virtus pro fortitudine. Hic tropus 3. Tus. explicatur. 2. Cat. Sine dubio perdidimus hominem, magnificeq; vicimus. Hominem dicit pro Catilina. Verr. 3. Ad quam spé tam perniciosum, tam importunum animal reseruetis? Animal pro bestia dixit Orator. Nec tamen quidlibet hic audebis, vt dicas pro equo quadrupedem, ait Quintilianus. Sic Tydides, & Pelides, pro Diomede & Achille: sic poëta pro Homero aut Virgilio, orator pro Demosthene aut Tullio. Sic pluralis pro singulari. Ad Brutum: Nos populo imposuimus, & oratores visi sumus.

Allegoria hic etiam frequens est. Catil. 1. Exire ex vrbe Consul hostem iubet. His generalibus verbis, vrbe, consul, hostem intelligis Roma, Tullius, Catilinam.

CAP. 13. DE EPILOGO TRO*porum.*

Atque hæc de tropis; quorum si præstantia & excellentia spectetur, longè princeps erit metaphora, ironia deinde succedet, tertia erit metonymia, postrema synecdoche. Vsus

autem etiam frequentissimus est metaphoræ, deinde metonymiæ, tum synecdoches: rarissimus ironiæ. Hanc autem inductionem, octo Ciceronis consulares à Petro Ramo obseruatæ concluserunt. At præcipuè tres species, metonymia, metaphora, synecdoche, sæpe coiunguntur. In Piso. Vnus ille dies mihi quidem instar immortalitatis fuit, cùm Senatum egressum vidi populumque Romanum vniuersum, cùm ipsa Roma propè conuulsa sedibus suis, ad complectendum conseruatorem suum procedere visa est: quæ me ita accepit, vt non modò omnium generum, ætatum, ordinum viri ac mulieres, omnis fortunæ ac loci, sed etiam mœnia ipsa viderentur, & tecta vrbis ac templa lætari. Hic metonymiæ sunt, senatus pro senatoribus, Roma pro Romanis: synecdoche, tecta pro ædificijs, mœnia pro vrbe: metaphoræ autem illæ, ex inanimatis & brutis rebus, animatæ & actuosæ, Procedere, accepit, lætari, præcipuam laudem obtinent. Atque hæc prima Rhetoricæ elocutionis ὀψοποιΐα καὶ κόμμωσις fuit.

CAP. 14. QVID FIGVRA, ET *quid figura dictionis.*

Exposito in tropis primo genere elocutionis, sequitur vt de figura secundo loco dicendum sit. Figura est elocutio, qua orationis habitus à recta & simplici consuetudine mutatur. Vt enim tropus, est singularum vocum: sic figura, coniunctarum est: vtque vocum alia est propria, alia modificata: sic orationum

tionum alia eſt recta, alia figurata. Illam Græci ἀσχημάτιστον, hanc ἐσχηματισμένην vocant: Itemque figuram, σχῆμα, id eſt habitum & geſtum quendam orationis. Nomen autem figuræ videtur ab hiſtrionum perſona & habitu ſumptum eſſe, qui varia orationis genera varijs veſtimenti figuris pronuntiabant. Artem verò figurarum videtur Tullius deſperaſſe, cùm tertio Oratorio numerum earum augeat, in Oratore autem minuat: denique in Topicis nominatim præcipiat, in re infinita vitioſum non eſſe prætermittere aliquid: vt cùm (ait) de ornamentis verborum ſententiarumque præcipitur: res enim eſt infinitior. At huius infinitatis, quam Tullius exiſtimat, genera & ſpecies, ſi non accuratiſſimè exprimere, certè lineamentis quibuſdã adumbrare licet. Figura igitur eſt dictionis aut ſententiæ.

Figura dictionis eſt figura, qua elocutio figuratur dictionibus aptè & iucundè inter ſeſe reſonantibus. Itaque figura dictionis nihil aliud eſt, quàm elocutionis harmonia quædam & numerus: quo vno nihil eſt cognatius noſtris animis: numero enim excitamur, & incendimur, & langueſcimus, & ad hilaritatem triſtitiamque deducimur. Rhetoricæ igitur μυροθήκιον, omneſque pigmentorum arculæ, hîc pręcipuè explicantur: quibus non ſophiſtæ ſolùm ad ingenij oſtentationem, ſed oratores in ſerijs & grauibus cauſsis vtiliter vſi ſunt. Figura dictionis eſt

eſt in ſonorum dimenſione vel repetitione.

CAP. 15. DE RHYTHMO.

Dimenſio eſt poetica vel oratoria. Poetica, quæ perpetuis certorum ſpatiorum legibus aſtringitur: & ferè in fabuloſis argumentis ad hominum mores imitandum & exprimendum. Hinc Tragœdia, Comœdia, & cætera poematis genera orta ſunt, in quibus περιπέτεια καὶ ἀναγνώρισις, varietas caſuum, & agnitio tandem inſperata, delectarent animos; ad eamq́ue rem rhetorici cuiuſque ornamenti præcipua licétia eſt aſſumpta. Alioqui ſi vera tractes, ſi ſe verior fueris: nihil habere poetæ niſi numerum videare. Sic Empedocles Ariſtoteli phyſiologus videtur, non poeta; neque quicquam habere commune cum Homero præter metrum. Ergo ſpecies elocutionis rhetoricæ, in talis argumenti licentia numero poetica dicitur, cuiùs voluptas præcipuè inſignis eſt, præcipuè γοητείαν illam Platonis, & incantationem manifeſto carmine continet: adeò vt hinc primum homines capti, dicantur à fera agreſtiq́ue vita, ad ciuilem & humanum cultum traducti eſſe. Numerus poeticus eſt rhythmus aut metrum. Rhythmus eſt numerus poeticus, certũ ſyllabarum numerum certa clauſula terminatum continens. Sic enim conſtituendæ doctrinæ gratia nomen commune vſurpetur. Tales rhythmi naturales ſunt in omni natione atque gente: atque (vt loquitur Ariſtoteles)

les) ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων, è naturali & sponte fusa compositione. Sic enim hodie Francorum, Italorum, Hispanorum, Germanorum, omniumque omnino populorum rhythmi sunt, sine vlla longarum vel breuiũ syllabarum dimensione; & talia quondam in Græcia ante Homerum, & in Italia ante Andronicum poemata fuerunt. Talis enim videatur poesis fuisse in illis (de quibus Ennius loquitur) versibus,

—quos olim Fauni vatesq; canebant.

Atque hæc infantia est poeticæ dimensionis; & sic Quintilianus ait rhythmum, aurium mensura & similiter decurrentium spatiorũ obseruatione esse generatum: mox in eo repertos esse pedes, eorumq; locis certis ordinatorum dimensione, facta esse metra: vt in veteris & Græciæ & Italiæ poematis, quę hodie leguntur, apparet, & in vernaculis linguis apparebit, si quando eruditionis vberiorem fructum nactæ sint.

CAP. 16. DE METRO.

Authores numeri metrici perveteres perhibẽtur: tametsi Aristoteles negat vllius poetæ ante Homerum scripta extare; nec Romæ ante Ennium extitit quidquam satis dignũ, quod iterum legatur, ait Cicero. Ergo hæc de rhythmo. Metrum est numerus poeticus, certos pedes & certis locis collocatos cõtinens.

Pes, est dimensio certis syllabarum temporibus definita: estque bisyllabus aut trisyllabus: & vterque simplex aut mistus. Bisyllabus

bus simplex est spondæus, ex duabus longis, vt musas: aut Pyrrichius, è duabus breuibus, vt deus, Mistus autem est Iambus è breui & longa, vt deos: aut Choreus, è longa & breui, vt arma. Trisyllabus simplex, est Molossus è tribus longis, vt Romanos: aut Trocheus è tribus breuibus, vt legere. Mistus verò constat è duabus syllabis deinceps similibus aut dissimilibus. Duarum syllabarum similium pedes sunt bis bini. Dactylus, è longa & duab⁹ breuibus, vt Tityre. contrà Anapæstus, è duabus breuibus & longa, vt fluuios: Bacchius, è breui & duabus longis, vt athenas: contrà Palimbacchius, è duabus longis & breui, vt cantare. Misti autem è dissimilibus cõtinuis duo sunt. Creticus, è longa, breui, longa, vt iudices: contrà Amphibrachus, è breui, lõga, breui, vt amare. Ergo hæc de pedibus, quorũ dimensione metrum componitur: in quo & vocalis, & m, & vtraque, si sit vltima præcedentis dictionis, eliditur, quando dictio sequens incipit à vocali: & vltima habetur pro indifferenti, vt in illo Virgilij versu:

Multum ille & terris iactatus & alto.

Hîc e in (ille) item um in (multum) eliditur. Genera eius multa sunt: numerus enim potest infinitis penè modis in continuatione verborum variari & conformari. Summa autem duo sunt, simplex & compositum. Simplex constat è duobus tantùm pedibus, quale est Adonium, constans è dactylo & spondæo, vt:

Terruit

Terruit vrbem.

Carmen compositum est, quod constat è pluribus, quàm duobus pedibus: vt tetrametrum & polymetrum: nam trimetrum insigne nullum est, tetrametrum est asclepiadeum, è molosso, anapæsto, duobus dactylis, vt:

Mæcenas atauis edite regibus.

Polymetrum est pentametrum, vel hexametrum. Pentametra sunt, Phaleucium & Sapphicum & Elegiacũ. Phaleucium è spondęo, dactylo, choreis tribus, vt:

Passer, deliciæ meæ puellæ.

Sapphicum constat è choreo, spondæo, dactylo, choreis duobus: vbi obseruandum est, vt cùm ter dictum fuerit, ei carmen Adoniũ addatur, vt:

Iam satis terris niuis atq; diræ
Grandinis misit pater, & rubente
Dextera sacras iaculatus arces,
Terruit vrbem.

Elegiacũ constat duobus primis locis dactylo vel spondæo: tertio, spondęo, cum anapæstis duobus, vt:

Victurus genium debet habère liber.

Hexametrum epicum præcipuè celebrâtur, constans quatuor primis locis è spódæo vel dactylo, quinto, dactylo tantùm, vt sexto, spondæo, vt:

Arma virumq; cano, Troiæ qui primus ab oris.

Verùm

Verùm pentametrum ab epico nunquam separatur, quamuis epicum ab eo separetur;
Nescio quid plus est, quod donat secula chartis:
Victurus genium debet habere liber.

Reliquorum generum exempla ex poetis animaduerti possunt, qui propè infinitos & innumerabiles concentus orationis inuenerunt. Neque tamen sic omnes numerorum varietates complexi sunt, quin plures inueniri possint.

CAP. 17. DE NVMERI ORATORij origine & laude.

Numerus poeticus expositus est. Oratorius, est numerus quidem non incertus, sed tamen & poetico, & sibijpsi perpetuò dissimilis. Natus autem est ex illo poetico, cuius voluptatem rhetores imitati sunt, cùm hic animaduertissent poetas quidem populo placere, in oratoribus autem genus ἄῤῥυθμον & incompositum cum seueritate audiri. Numerū igitur quendam rhythmicis quidem & metricis legibus solutum, sed tamen numerū in prosa adhibuerunt: cuius inueniendi princeps Thrasymachus fuit: sed eius omnia nimis erant scripta numerosè. Deinde Gorgiā ferunt in huius numeri affectatione immodicum fuisse, & his ipsis festiuitatibus intemperantiùs abusum. Isocrates autem, Gorgiæ iam senis auditor, vtrumque moderatione superauit. Ergo numerus ille poeticus hunc alterum oratoris numerum genuit in Græcia maturius, annis propè quadringētis tardiùs

in

in Italia. Oratorij autem numeri gratia, hyperbaton, id est longior verbi transgressio, permittitur. Fit enim (ait Fabius) sæpissime „ aspera, & dura, & dissoluta, & hians oratio, „ si ad necessitatem ordinis verba redigantur: „ & vt quodque oritur, ita proximis etiam, si „ vinciri non potest, alligetur. Differenda igi- „ tur quædam & præsumenda: atque vt in stru- „ cturis lapidum impolitorum, loco quo con- „ uenit, quidque ponendũ: non enim recidere „ ea, nec polire possumus, quæ coagmentata se „ magis iungant: sed his vtendum qualia sunt, „ eligẽdæque sedes: nec aliud potest facere ser- „ monẽ numerosum, quàm opportuna ordinis „ mutatio. Numerus oratori⁹ rhythmi nil ad- „ modũ habet, nisi fortè in quadã repetitione, „ de qua suo loco: totus est in obseruatione pe „ dũ: quẽ Tullius tanti fecit, vt affirmet cõcio- „ nes sæpe exclamasse, cùm verba aptè cecidis- „ sent. Hunc igitur numerum adhibere neces- „ se est, si ornatè velis dicere, non solùm (quod „ ait Aristoteles & Theophrastus) ne infinitè feratur, vt flumen, oratio: verùm etiã vt multò maiorem vim habeat. Neque verò (ait Fabius) Demosthenes fulmina tãtopere vibrasse diceretur, nisi numeris contorta ferretur. „ Atque ideo (ait Tullius) vt athletas, nec mul- „ tò secus gladiatores videmus, nihil nec vitã- „ do facere cautè, nec petendo vehementer, in „ quo non motus hic habeat palæstram quan- „ dam, vt quidquid in his rebus fiat vtiliter ad „ pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustũ: „

sic

" sic oratio nec plagam graue facit, nisi petitio fuerit apta: nec satis rectè declinat impetum, nisi etiã
" in cedendo, quid deceat, intelligit. Itaq; qualis eo-
" rum motus, quos ἀπαλαίστρους Græci vocant, talis
" horum videtur oratio, qui non claudunt numeris
" sententias.

CAP. 18. DE NVMERI ORATO-
rij obseruatione.

Hæc Tulliana est oratorij in pedibus numeri commendatio: quæ nobis inultò etiam gratior, quàm authori ipsi esse debeat: qui scholasticis rhetorũ commentis inductus, artem longè difficillimam hîc esse credidit, quam ipsius viginti præstãtissimæ orationes, P. Rami diligentia obseruatæ, facillimam esse docuerunt: tantò naturam atque vsum arte præstantiorem orator habuit. Vnica enim consideratio hîc est, vt prosæ numerus sit nõ solùm poetici numeri (quod generaliter pręceptũ est) sed etiam sui ipse dissimilis. In prosa itaq; versum fugito: citare tamen licet aliunde, authoritatis aut voluptatis gratia: vt Tullius præsertim senex, Athenienſium philosophorum exemplo adductus (vt ait Tuscu. 2. de sese) frequenter citauit: hoc est primum. Deinde principium vel exitum carminis, ne principium vel exitum prosæ facito. Principiorum verò cura minor: mediorum autem alioqui nulla est magnopere obseruatio. In clausula verò maximè perfectio atque absolutio iudicatur: quæ quoniam vehementiùs apparet & intelligitur, varianda est maximè, ne aut animorum iudicijs repudietur, aut aurium satietate: nec tamen senis à fine syllabis retrorsum longius obseruatio procedet, & bisyllabis tantùm pedibus defi-

definiri poteſt. Numerum igitur eundem in clauſula ne continuato, ſed variè diſſimiliterque temperato: neque quidquam nimium vel operosè, vel curiosè: artem oratorij è pedibus numeri totam comprehenderis. Id enim illa viginti orationum inductio, & animaduerſio, id eſt vſus, eloquentiæ præſtantiſſimus artifex & magiſter, perſuaſit. Ex longis omnibus clauſula tardior & rarior eſt: vt, "Et ſpinis reſperſa, tres ſpondæi ſunt. Rariſſima ex omnib⁹ breuibus. At ex temperatione longarum & breuium frequentior. Res tota è Ciceronis in Oratore loco declaretur. Stante Cicerone C. Carbo, C. filius Trib. pleb. in concione dixit his verbis: O Marce Druſe: patrem appello. Hæc quidem " duo binis pedibus inciſa: in priore eſt dichoreus, " in poſteriore, ferè omnes longæ. Deinde membratim: Tu dicere ſolebas ſacram eſſe Rempu- " blicam. Hæc duo membra, ternis pedibus varia- " ta: in priore ſunt choreus, pyrrichius, ſpondæus: in poſteriore choreus, ſpondæus, iambus. Quicum- " que eam violaſſet, ab omnibus ei pœnas eſſe per- " ſolutas. Hic tres chorei continuati: nihil enim ad rem, extrema illa longa ſit, an breuis, vt Tullius etiam nominatim profitetur. Deinde, Patris " dictum ſapiens, temeritas filij comprobauit. Hic " iambum ſequitur dichoreus. Quo talis clamor " concionis eſt excitatus, vt admirabile eſſet. Quære, nonne id numerus effecerit. Verborum ordi- " nem immutato, & fac ſic, Comprobauit filij " temeritas: iam nihil erit. Hic dichorei nume- " rus, Ciceroni gratiſſimus fuit, & in clauſulis admodum frequentatus: vt in vna pro Pompeio oratione, centies decies & quater adhibitus ſit. In Corneliana 2. O callidos homines: dichoreus eſt & iambus. O rem excogitatam, ſpondæus

„ dæus & dichoreus. O ingenia metuenda,
„ duo pyrrichij & choreus.pro Milone:neque
„ auxilium modò defenſioni meæ, verùm et-
„ iam ſilentium pollicentur. Iambus & chorei
„ duo.Denique varietas eiuſmodi ſemper eſſe
„ debuerit,ne ſimilitudine artificium numeri
„ deprehendatur:nimium.n.inſidiarum ad ca-
„ piendas aures adhiberi videretur: totumque
„ fieret inuidioſum, Lucilianumque illud au-
„ diretur,

Quàm lepidæ lexeis,compoſtæ vt teſſerulæ omnes,
Arte,pauimento atq; emblemate vermiculato.

Ergo hæc de oratorio pedũ numero:in quo tamen literarum bonitas pręſtantior per ſeſe videtur atq; excellentior, quã ipſa ſyllabarũ menſura:vt Ciceronis nõ ſolùm exẽplo, ſed
„ etiã iudicio percipi poteſt. Quantũ autem ſit
„ (ait idẽ)aptè dicere,experiri licet,ſi aut com
„ poſiti oratoris bene ſtructam collocationem
„ diſſoluas permutatione verborũ.Corrumpa-
„ tur.n.res tota:vt & hęc noſtra in Corneliana,
„ & deinceps omnia.Neq; me diuitiæ mouent,
„ quibus omnes Aphricanos & Lælios multi
„ venalitij mercatoresq; ſuperarunt. Immuta
„ paulum,vt ſit,multi ſuperarunt mercatores,
„ venalitijq;.perierit tota res, & quæ ſequũtur.
„ Neq; veſtis,aut cælatum aurum, aut argentũ,
„ quo noſtros veteres Marcellos Maximoſque
„ multi Eunuchi è Syria Aegyptoq; vicerunt.
„ Verba permuta,ſic vt ſic,Vicerunt Eunuchi è
Syria

Syria Aegyptoq;. Adde tertium, Neq; verò ornamenta ista villarum, quibus Lucium Paulum, & L. Mummium, qui rebus his vrbem, Italiamq; omnem referserunt, ab aliquo video perfacilè Deliaco aut Syro potuisse superari. Fac ita, potuisse superari ab aliquo Syro aut Deliaco: videsne vt ordine verborũ paulùm cõmutato, ijsdem verbis stante sententia, ad nihilũ omnia recidant, cùm sint ex aptis dissoluta? Aut si alicuius incõditi arripias dissipatam aliquã sententiam, eamq; ordine verborum paulum commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea difluens, ac solutum. Age, sume de Graccho apud Censores illud: Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, probos improbare, qui improbos probet. Quantò aptiùs si ita dixisset, Quin eiusdem hominis sit qui improbos probet, probos improbare? Sic Tullius de quaternis clausulis ad auriũ (quarum superbissimum & fastidiosissimum in hac tota quæstione iudicium profitetur) normam examinauit. Iudicium autẽ ipsum laudo & approbo: causam iudicij longè aliã statuo. Clausula, Venalitijq́, non placet Tullio: neq; mihi placet, quia finis est epici carminis. At clausulæ Syria Aegyptoq;, è breui, lõgis quatuor, breui deinde Syro aut Deliaco, è spõdæo, (si vltima sit indifferẽs) dichoreo deniq;, Qui improbos probet, è palymbacchio & dactylo. cur (inquiã) hæ clausulæ tres (si pedũ numer⁹ spectetur) ingratę sint, cũ

vltima in choreum, penultima in dichoreũ pedes Ciceroni ipsi gratissimos, cadant: cur deniq; prima tẽperatior è bacchio & palymbacchio, quã laudata illa, Aegyptoq; vicerũt è longis quinq;, vnica breui: cur (inquã) hæc clausula pedũ numero sit ingratior, causam afferre Tullius nullam posset, quin totã pedũ doctrinam ante retexeret. Quare numeri illius gratia non solùm ducitur è pedibus syllabarũ, sed è sonis literarũ quæ vel grandiores vel magis cõfertæ in clausula resonant. Neq; verbi clausula id efficit. nã (probet) tam verbum est, quàm (improbare.) Quamobrem in tota oratorij numeri laude, quæ permagna est, literarum soni primas obtinebunt.

CAP. 19. DE EPIZEVXI.

Figura dictionis in dimensione soni eiusmodi est: sequitur quæ est in soni repetitiõe: & quidem similis, aut dissimilis. Similis continuè vel disiunctè. Continuè in eadem sententia, vel in diuersis. In eadẽ sentẽtia appellatur Epizeuxis: quando nempe sonus idẽ continuè iteratur in eadẽ sententia. De respons. Arusp. Hic P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitũ exitiumq; Carthaginis, qui illã à multis Imperatoribus obsessam, oppugnatã, labefactatã, pene captam, aliquando quasi fatali euentu solus euertit: sic Titus Annius ad illam pestem comprimendam, extinguendam, funditus delendam natus esse videtur, & quasi diuino munere donatus Reipublicæ. Hic solùm numerus, non vox iteratur: in se-

in sequentibus voces iterantur. Ver. 7. Crux, ,, crux (inquam) infelici & misero. Terēt. And. ,, O Mysis, Mysis! Itē pro Ligario. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantā ,, per te, per te (inquā) obtines (intelligo quid ,, loquar) acerbissimo luctu redūdaret istā vi- ,, ctoria. Pro Milone: Occidi, occidi, non Spu- ,, rium Melium, qui annona leuāda, iacturisq; ,, rei familiaris, quia nimis plebem amplecti putabatur, in suspicionem incidit regni appetendi. Virg. Eclog. 5.

Ipsa sonant arbusta, Deus, Deus ille, Menalca, ,,
Sis bonus, ô felixq; tuis. — ,,

Interdum parenthesis interponitur: res ta- ,, men eodē recidit, quia tanquam parenthesis nō sit, geminatio illa continuatur Phil. 2. ,, Hasta posita pro æde Iouis Statoris, bona ,, (miserū me, consumptus enim lachrymis, ta- ,, men infixus animo hæret dolor) bona (in- ,, quam) Cn. Pompei Magni, voci acerbissimæ ,, subiecta præconis. Pro Marcel. At verò eius ,, gloriæ, C. Cæsar, quā paulò antè es adeptus, ,, socium habes neminem: totum hoc, quan- ,, tumcunq; est (quod certè maximum est) to- ,, tum est (inquam) tuum. Repetitio continua ,, eiusdem soni in diuersis sententijs est anadiplosis vel climax.

CAP. 20. DE ANADIPLOSI.

Anadiplosis reduplicatio est, quando idē sonus repetitur in fine præcedentis & principio sequentis sententiæ. Virg.

Pierides, vos hæc facietis maxima Gallo,

Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Hęc figura ter iteratur, & eodem verbo Ca
„ til.1. Hic tamen viuit: viuit? imò verò etiam
„ in Senatum venit. Item, Viuis, & viuis, non
„ ad deponendam, sed & confirmandam auda-
„ ciam. Item: Quamdiu quisquam erit, qui te
„ defendere audeat, viues, & viues ita, vt nunc
„ viuis.

CAP.21. DE CLIMACE.

Climax, gradatio, est anadiplosis complu-
ribus gradibus continuata. Itaque genere
eadem est, Ouid.3. Fast.

„ *Mars videt hanc, visamq́ cupit, potiturq́ cupita.*
„ Pro Mil. Nec verò se populo solùm, sed Se-
„ natui cōmisit: nec Senatui modò, sed etiam
„ publicis præsidijs & armis: neq; his tantùm,
„ sed eius potestati, cui Senatus totam Rem-
„ publicam commisit. Eclog.2.

Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam
Florentem cytisum sequitur lasciua capella.

„ Pro Sex. Roscio Amerino. In vrbe luxu-
„ ries creatur: ex luxuria existat auaritia ne-
„ cesse est: ex auaritia erūpat audacia, vnde o-
„ mnia scelera & maleficia gignuntur. Author
„ ad Heren. Nam quæ reliqua spes libertatis
„ manet, si illis & quod libet, licet: & quod li-
„ cet, possunt: & quod possunt, audēt: & quod
„ audent, faciunt: & quod faciunt, vobis mole-
„ stum non est.

CAP.22. DE ANAPHORA.

Anaphora seu relatio est, quando sonus
idem iteratur in principijs sententiarum.

Agra-

Agrar.2.Tamen ne vexari Rempublicā, contemni maiestatem populi Romani, deludi „ vosmetipsos diutiùs à Tribuno plebis patie- „ mini?Agrar.1.Solicitam mihi ciuitatem sus- „ picione, suspensam metu, perturbatam ve- „ stris legibus,& concionibus,& seditionibus „ tradidistis. Catil.1. nihil ne nocturnum præ- „ sidiū palatij,nihil vrbis vigiliæ, nihil timor „ populi,nihil cōsensus bonorum ciuium, ni- „ hil hic munitissimus habendi Senatus locus, „ nihil horum ora vultusque mouerunt?

Te dulcis coniunx,te solo in littore secum,
Te veniente die,te decedente canebat.

Pro Ameri. Accusant ij,qui in fortunas hu- „ ius inuaserūt:causā dicit is, cui nihil præter „ calamitatem reliquerunt.accusant ij, quibus „ occidi patrē Sexti Roscij bono fuit: causam „ dicit is,cui nō modò luctum mors patris at- „ tulit,verùm etiam egestatem.Accusant ij,qui „ hunc ipsum summè iugulare cupierunt:cau- „ sam dicit is, qui etiam ad hoc iudicium cum „ præsidio venit,ne hic ibidem ante oculos ve- „ stros trucidaretur.Denique accúsant ij, quos „ populus poscit:causam dicit is, qui vnus re- „ lictus,ex nefaria illorum cæde restat.

Eclog.1.

Pan primus calamos cera coniungere binos
Instituit: Pan curat oues oviumq; magistros.

CAP.23. DE EPISTROPHE.

Epistrophe seu conuersio est numerus,quo similis sonus in clausulis iteratur.Hic autem rhythmus quidam oratorius persæpe reso-

nat in membris paribus, quæ idcirco iá olim πάρισα καὶ ἰσόκωλα nominata sunt. Addita sunt etiã ἀντίθετα & ὁμοιόπτωτα, quæ quãuis insint, nihil tamen ad orbem concinnitatis huius (vt Cicero appellat) efficiũt: sed totum efficitur similiter desinentiũ ἐπιστροφῇ & cõuersione: quæ ideo ὁμοιοτέλευτα dicun„ tur. Pro Põpeio: Vt eius voluntatibus nõ mo„ dò ciues assenserint, socij obtemperarint, ho„ stes obedierint: sed etiã venti tempestatesq; „ obsecundarint. Hic tria prima membra ferè senaria sunt, postremum est longius. Neque „ æqualitatis similitudo sic exigẽda est. Agrar. „ 1. Vt vester honos ad mei temporis diem pe„ titus, non ad alienæ petitionis occasionem „ interceptus, nec diuturnis precibus efflagi„ tatus, sed dignitate impetratus esse videatur. Sed à Cicerone ipso positum tam concinni orbis exemplum expendamus: Pro Mil. Est e„ nim hæc, iudices, non scripta, sed nata lex: „ quã non didicimus, accepimus, legimus, ve„ rùm ex ipsa natura arripuimus, hausimus, „ expressimus: ad quam non docti, sed facti, „ non instituti, sed imbuti sumus. Hic quater „ bini tanquam versus, æqualibus ferè interspirationibus interpuncti resonant: duo primi ternarij (nõ scripta sed nata) duo sequentes plusquam duodenarij: duo sequentes iterum ternarij: postremi quaternarij. Sed in propositis exemplis sonus tantùm seruatur, nõ etiam dictio: in sequentibus autem dictio ipsa

ipsa iteratur. Philip. 2. Doletis tres exercitus populi Ro. esse interfectos? interfecit Antonius. Desideratis clarissimos ciues: eos quoque eripuit Antonius. Authoritas huius ordinis afflicta est? afflixit Antonius. Mar. lib. 2.

Capto tuā (pudet heu) sed capto, Maxime, cœnam:
Tu captas alias: iam sumus ergò pares.
Manè salutatum venio tu diceris isse
Antè salutatum: iam sumus ergò pares.
Sum comes ipse tuus, tumidiq́ ante ambulo regis:
Tu comes alterius: iam sumus ergò pares.

Vtraque autem figura, tum anaphora, tum epistrophe hic comprehenditur.

Symploce complexio dicitur, cùm idem sonus in principijs & clausulis iteratur. Agr. 1. Spem improbis ostendistis, timorem bonis iniecistis, fidē de foro, dignitatē de Republ. sustulistis. Agr. 2. Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem populi partem suffragijs priuauit? Rullus. Quis comitijs præfuit? idem Rullus. Pro Milo. Quis eos postulauit? Appius. Quis produxit? Appius.

CAP. 24. DE EPANALEPSI.

Ergo repetitiones hæ sunt in eodē loco: sequentes duæ sunt mistæ loco, Epanalepsis & Epanodos. Epanalepsis seu resūptio est, qua idem sonus in principio & clausula repetitur. Ver. 4. Saluti enim eorum potiùs consulam, quā voluntati. Philip. 1. Illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate: Aene. 1.

Multa super Priamo rogitās, super Hectore multa.

„ Verr.7.Multi & graues dolores inuenti, parentibus & propinquis multi. Martial.

„ *Phosphore, redde diē: quid gaudia nostra moraris?*
Cæsare venturo, Phosphore, redde diem.

Viuis, & viuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Catil.1.

CAP. 25. DE EPANODO.

Epanodos seu regressio est, qua sonus in principio & medio, vel in medio & fine iteratur. Verr.3. Habuit honorem vt proditori,
„ non vt amico fidem. Pro Plan. Gratiam qui
„ refert, habet: & qui habet, in eo quod habet,
„ refert. Pro Cæcinna. Quia res indigna sit, ideò turpem existimationem sequi: quia turpis
„ existimatio sequitur, ideò rem indignā non
„ vindicari. Eclog 8.

„ *—crudelis tu quoque mater:*
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.

„ Cic. Vestrū iam hic factum deprehenditur,
„ P.C. non meum; at pulcherrimū quidem fa-
„ ctum: verùm, vt dixi, nō meum, sed vestrum.

Cap. 26. DE PARONOMASIA.

Figuræ dictionis in repetitione sonorum similium sic habent: in repetitione sonorum leuiter dissimilium duę sequuntur, Paronomasia & Polyptoton. Paronomasia vel adnominatio est, cū dictio literæ aut syllabæ alicuius cōmutatione, significatione quoq; commutatur. Verr.2. Nam vt apertus in corripiendis

endis pecunijs, sic in spe corrumpendi iudicij. Pro Amer. Tametsi non modò ignoscendi ratio, sed etiam cognoscendi consuetudo de,, medio sublata est. Catil. 1. Vt non emissus ex ,, vrbe, sed immissus in vrbem esse videatur. Ibidem. Hanc reipub. pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Tale ,, est illud Quintil. Emit morte immortalitatem. Item, Neminem posse alteri dare matrimonium, nisi penes quem sit patrimonium. ,, Martialis hinc ioci materiam arripuit.

Litigat & podagra Diodorus, Flacce, laborat:

Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.

Inde etiā illud est Catonis, cui cùm quidam dixisset: Eamus deambulatum: & ille respōdisset: Quid opus est de? Imò verò (ait Cato) ,, quid opus est te.

CAP. 27. DE POLYPTOTO.

Polyptoton est cùm eiusdem originis varijs casibus voces inter se consonāt. Pro Cæl. ,, Ipsius autem veneni, quæ ratio fingitur? vbi ,, quæsitum est? quo pacto? cui? quo in loco traditum? Aeneid. 4.

Littora littoribus contraria, fluctibus vndas

Imprecor, arma armis——

7. Verr. Certus locus, certa lex, certum tribunal, quo hoc referuetur. De respons. Homines te propter pecuniam iudicio liberarunt, ,, hominibus iniuria tui stupri dolori nō fuit: ,, homines tibi arma alij in me, alij post in illū ,, inuictum ciuem dederunt: hominum beneficia prorsus concedo tibi. Aeneid. 5.

Hunc morē, hos cursus, atq; hæc certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Rettulit.—

Et apud Quintilianum. Non vt edam, viuo; sed vt viuam, edo.

CAP. 28. QVID FIGVRA SENtentiæ, & quæ vis ipsius.

Figura dictionis eiusmodi est. Figura sententiæ, est figura quæ totam sententiā aliquo animi motu afficit. Virilem autem quandam dignitatem præ superiorum molli & delicata venustate obtinet: vt illic color & sanguis orationis, hic nerui thorique esse videantur.
" Itaq; (ait in Bruto Tullius) quia sententiarū
" ornamentis & cōformationibus præstat De-
" mosthenes, idcirco à doctis, oratorū est prin-
" ceps iudicatus, & rursus in oratore idem cō-
" firmat: Sententiarū figuris (ait) quia frequen-
" tissimè Demosthenes vtitur, sunt qui putent
" eius eloquentiā maximè laudabilem. Et ve-
" rò nullus ferè ab eo locus sine quadam con-
" formatione sententiæ educitur. Nec aliud
" quidquā est dicere, nisi omnes aut certè ple-
" rasq; alia specie illuminare sentētias. Sic igi-
" tur Tullius elocutionis principatum huic postremo ornamentorum generi attribuit, publico de laudib' summi oratoris iudicio. Et certè nullis acrioribus incendijs fulmina illa Demosthenis, quæ dicuntur, accendi potuerunt: nec vllis flectendorum animorum machinis elocutio violētior esse potest. Hic enim γαητεία καὶ ψυχαγωγία, elocutionis sū-

ma est.

ma est. Denique vt superior illa & troporum & in verbis figurarum elocutio, ad docendũ & delectandum multum valeat: hæc etiam (quod in dicendo caput est) ad mouẽdum & peruincendum, plurimũm valebit: reprehẽsaq; ideò à nõnullis Romanorum oratorum Atticis in Cicerone: quem (quòd eius altior & ardentior esset oratio) furere & bacchari arbitrarentur. Sed vsus artis & summa in ciuitatibus vtilitas eam calumniam refutauit.

Figura sententiæ, est in logismo aut dialogismo. Logismus est, quando sine collocutione sententia figuratur: estque exclamatio, & suijpsius reuocatio, Apostrophe & Prosopopœia.

CAP. 19. DE EXCLAMATIONE.

Exclamatio est figura in logismo, per aduerbium exclamandi expressum vel intellectum, magnum prorsus animi commouendi instrumentum, & quidem effectuum variorum: modò admirationis, O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, literis, monimentisque decorandam. Modò desperationis: Pro Mil. O frustra mei susceptitabores, ô spes fallaces, ô cogitationes inanes meæ. Modò optationis. Ouidius Epist. 1.

O vtinam tunc cùm Lacedæmona classe petebat,
Obrutus insanis esset adulter aquis.

Pro Pomp. Vtinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium tantam copiam habere

" beremus, vt hæc deliberatio vobis difficilis
" esset, quémnam potissimũ tantis rebus, tan-
" to bello præficiendum putaretis. Modò in-
" dignationis: in Pis. O scelus, ô pestis, ô labes.
" Modò irrisionis, vt ibidem: O stultos Camil-
" los, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones,
" Marcellos, Maximos. O amentem Paulum,
" rusticum Marium. Prò, adhibetur sępè ad ob-
testationem, vt in Andr.

" *Prô Deûm atque hominum fidem? quid est, si non*
hæc contumelia est?

En, aliquando triste quid, & miserabile præ se fert. Eclog. 1.

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quò discordia ciues
Perduxit miseros! en queis conseuimus agros?

Heu & Eheu, sunt commiserationis. 1. Offic.
" O domus antiqua, heu quàm dispari domino
" dominaris. Aeneid. 1.

—tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramq; vxorius vrbem
Extruis: heu regni, rerumq; oblite tuarum?

Eclog. 2.

Eheu quid volui misero mihi? floribus Austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
Quem fugis, ah demens:—

Aliquando exclamatio est deprecationis & imprecationis: in Heaut.

Vt te quidem Dij Deæq; omnes, quantum est, Syre,
Cum istoc inuento, cumq; incœpto perduint.

Aeneid. 2.

Dij (si qua est cælo pietas, quæ talia curet)
Persoluant grates dignas.——

Pro Deiotaro: Dij te perdant, fugitiue, ita non modò nequam & improbus, sed fatuus & amens es. Epiphonema quoque species est exclamationis, quæ ad finem rei narratæ & explicatæ addi solet: vt cùm Virgilius exposuit omnes caussas, quibus Iuno Romanos persequebâtur, tandem acclamat, Aeneid. 1. *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

Licentia etiã, quæ Græcis παῤῥησία dicitur, exclamatio quędã videtur. Pro Sylla: adeste omnes animis, qui adestis corporibus: erigite mentes auresq; vestras, & me de inuidiosis rebus (vt ille putat) dicentem attendite. Ego Consul, cùm exercitus perditorum ciuium clandestino scelere conflatos, crudelissimum & luctuosissimum exitium comparasset, cùm ad occasum interitumq; Reip. Catilina in castris: in his autem templis atq; tectis, dux Lentulus esset constitutus: meis cõsilijs, meis laborib', mei capitis periculis, sine tumultu, sine delectu, sine armis, sine exercitu, quinq; hominibus comprehensis atque confossis, incensione vrbem, internecione ciues, vastitate Italiam, interitu rempub. liberaui. Ego vitam omnium ciuium, statum orbis terræ, vrbem deniq; hanc, sedem omnium nostrum, arcem regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperij, quinque hominum perditorum atque amen-

„ amentium pœna redemi. An me existimasti
„ hæc iniuratum in iudicio nō esse dicturum,
„ quæ iuratus in maxima concione dixissem?
„ Sed Quintilianus hic nullam figuram putat,
nisi quatenus sub hac libertate quædam la-
„ teat adulatio. Pro Ligar. Vide quam non re-
„ formidem, vide quanta lux libertatis & sa-
„ pientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.
„ Quantum potero, voce contendam, vt hoc
„ populus Romanus exaudiat. Suscepto bello
„ Cæsar, gesto etiam ex magna parte, nulla vi
„ coactus, iudicio meo ac voluntate ad ea ar-
ma profectus sum, quæ erant sumpta contra
„ te. Apud quem igitur hoc dico? nempe apud
„ eum, qui cùm hoc sciret, tamen me antequam
vidit, Reip. reddidit. In hac licentia (ait Quin
tilianus) Orator non solùm ad vtilitatem
Ligarij respexit, sed magis laudare victoris
clementiam non potuit. Quamobrem excla-
matio vna magnas prorsus vires habet.

CAP. 30. DE EPANORTHOSI.

Reuocatio suijpsius est, quando reuocatur quippiā: & est ardoris in exclamatione proximi, veluti refrigeratio & moderatio: Estq; epanorthosis aut aposiopesis. Epanorthosis
„ correctio est, quando antecedens aliquid re-
„ uocatur. Epist. 1. Erat hoc mihi dolendum:
„ sed multò magis illud, quod inimicum me-
„ um: meum autem? imò verò legum, iudicio-
rum, otij, patriæ, bonorum omnium sic amplexabantur, sic in manibus habebāt, sic fo-
uebant

uebant, sic me præsente osculabantur. Teren. ,,
Heaut. ,,
—Filium vnicum adolescentulum
Habeo, ah, quid dixi habere me? imò habui Chreme,
Nunc habeam néc ne, incertum est.—
Hic igitur præteritum aliquid & dictum reuocatur. Pro Ligar. Sed nimis vrgeo, commoueri videtur adolescẽs. Pro Cæl. Sed quid ego ita grauem personam induxi? Pro Mil. Sed finis sit: neq; enim præ lachrymis loqui possum: & hic se lachrymis defendi vetat. Hic cursus orationis antecedens reuocatur, & quasi pœnitentia facti significatur. Ad Frat. Sed nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea, cùm id mihi propositum initio non fuisset.

CAP. 31. DE APOSIOPESI.

Aposiopesis reticentia est, qua sententiæ inchoatæ cursus ita reuocatur, vt inde pars eius aliqua deinceps non dicta, intelligatur. Pro Milo. An ille huius legis, quam Clodius à se inuentam gloriatus est, mentionem facere ausus esset viuo Milone, ne dicam Consule? de nostrum enim omnium: non audeo totum dicere. Aeneid. 1.
Iam cœlum terramq; meo sine numine venti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego. sed motos præstat componere fluctus.
Logismus exclamationis & reuocationis ita est: sequitur qui in Apostrophe aut Prosopopœia.

CAP.

CAP.32. DE APOSTROPHE.

Apoſtrophe auerſio eſt, quando oratio ad alienam perſonam conuertitur, quàm inſtituta oratio requirit. Figura non multùm cedens elationis genere exclamationi, & perſæpe cum ea coniungitur. Sed Apoſtrophe ex conditione perſonarum variè diſtingui poteſt: aliâs enim ad humanã perſonam fit auerſio: vt cùm illud Ciceronis directè dictũ ſit pro Muræna: Negat fuiſſe rectum Cato, me Conſulem, & legis ambitus latorem, & tam ſeuerè geſto conſulatu cauſſam L. Murænæ attingere: cuius reprehenſio me vehementer mouet, non ſolùm vt vobis (Iudices) quibus maximè debeo, verùm etiam vt ipſi Catoni, grauiſſimo atq; integerrimo viro rationem mei facti probem. A quo tandem (ait) M. Cato, eſt æquius Conſulẽ defendi, quàm à Conſule? Quis mihi in Repub. poteſt aut debet eſſe coniunctior, quàm is, cui reſpub. à me vno traditur ſuſtinenda, magnis, meis laboribus & periculis ſuſtentata? Eodẽ modo cùm Anchiſes narrat Aeneæ, quæ futura ſit poſteritas nepotum. Aeneid. 6.

Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas,
Ipſumq; Aeacidem, genus armipotentis Achilli:
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.
Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Coſſe, relinquat?
Quis Gracchi genus, aut geminos, duo fulmina belli
Scipia-

Scipiadas, cladem Lybiæ? paruoq́, potentem
Fabritium? vel te sulco Serrane serentem?
Quò fessum rapitis Fabij? tu Maximus ille es
Vnus, qui nobis cunctando restitues rem.

Hic apostrophe est ad Catonem, Cossum, Serranum, Fabium. Aliâs ab hominibus ad deos fit auersio: vt à Catilina, ad Ioué: Hisce omnibus Catilina cum summa Reipub. salute, & cum tua peste ac pernicie, cumq; eorum exitio, qui se tecum omni scelere parricidioq; iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Tum tu Iuppiter, qui ijsdē, quibus hæc vrbs, auspicijs à Romulo es constitutus, quem Statorem huius vrbis atq; imperij verè nominamus, hunc & huius socios à tuis aris cæterisque templis, à tectis vrbis ac mœnibus, à vita fortunisque ciuium omnium arcebis, & omnes inimicos bonorum, & hostes patriæ, latrones Italiæ, scelerum fœdere inter se ac nefaria societate coniunctos æternis supplicijs viuos mortuosq; mactabis. In apostrophe inuocatio insignis est apud poetas. Sic Aeneid .1. cùm poeta proposuisset summam thesin totius Aeneidos, tum sic auertitur ad Musam.

Musa, mihi caussas memora, quo numine læso
Quidué dolens regina Deûm tot voluere casus,
Insignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit: tantæne animis cælestibus iræ?

Ouid. Metamorph. 1.

—Dij, cœptis (nam vos mutastis & illas)

Aspirate meis, primaq; ab origine mundi,
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

„ Aliâs ad rem mutuam & inanimatã, velut ad
„ personam, trãsfertur oratio. Pro Milo. Reli-
„ giones me hercule ipsæ, aræque, cùm illam
„ beluam cadere viderunt, commouisse se vi-
„ dētur, & ius in illo suũ retinuisse. Vos enim
„ Albani tumuli atque luci, vos (inquam) im-
„ ploro atque obtestor, vosque Albanorũ ob-
„ rutæ aræ, sacrorum populi Romani sociæ at-
„ que æquales, quas ille præceps amentia cęsis
„ prostratisque sanctissimis lucis substructio-
„ num insanis molib' oppresserat. Hæc figura rarò quidem, sed tamen aliquando protinus in procemio adhibetur. Catil. 1. Quousque
„ tandem, Catilina, abutêre patientia nostra?
„ quandiu nos etiã furor iste tuus eludet? quẽ ad finem sese effrænata iactabit audacia? Hic verò in senatu res agitur, ideoq; directus ser-
„ mo ad Patres: vnde auersio intelligitur.

CAP. 33. DE PROSOPOPOEIA.

Prosopopœia, fictio personæ, qua velut alienam personam oratione nostra loquentẽ fingimus. Hic verò ornamentum elocutionis singulare est, magnæq; in primis audaciæ: ideoq; magno consilio iudicioque regẽdum, vt consentanea personis oratio tribuatur: Poeticum sanè ornamentũ, & quo vno poetarum laudes præcipuè dijudicantur. In Pictoribus Polygnotus præstantiores, Pauson deterio-

deteriores, Dionysius similes rerũ imagines faciebat. Sic in poetis Homerus meliores, Hegemon peiores, Cleophõ pares personas exprimebat: quinetiã Euripides quales essent: Sophocles, quales esse deberent: vt Homerus & Sophocles tota poeticę imitationis laude meritò principes habeantur. Itaque si vsquã, certè in hac conformatione ratio decoris diligenter habenda est: qua de re prudẽter monemur ab Horatio in arte:

Intererit multùm Dauúsne loquatur, herúsue,
Maturúsue senex, an adhuc florente iuuenta
Feruidus, an matrona potens, an sedula nutrix,
Mercatórne vagus, cultórue virentis agelli:
Colchus an Assyrius, Thebis nutritus, an Argis.

Prosopopeia est imperfecta vel perfecta. „
Prosopopœia imperfecta est, cùm sermo alienæ personæ leuiter & obliquè repræsentatur. Cæs. 1. Comm. de legatis Heluetiorum. Qui dicerent sibi in animo esse, sine vllo maleficio iter per prouinciã facere: propterea quòd iter nullum haberent aliud: rogare, vt eius voluntáte id sibi facere liceat. Pro lege Manil. Hi vos (quoniam liberè loqui non licet) tacitè rogant, vt se quoq;, sicuti cæterarũ prouinciarũ socios, dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis.

Prosopopœia perfecta est, cùm tota fictio personæ oratione nostra repræsentatur: quo in genere & accessus ad prosopopœiam, &

recessus decorus in primis esse debet. Sic pro
" Cælio. Excitatur Appius Cęcus ad obiurgan-
" dam Clodiæ libidinem: Exiſtat igitur (ait
" Orator) ex hac familia aliquis, ac potiſsi-
" mùm Cæcus ille: minimum enim dolorem
" capiet, qui iſtam nō videbit: qui profectò ſi
" extiterit, ſic aget, & ſic loquetur. Hic appara-
" tus eſt ad ſpeciem quandam proluſionis: de-
" inde vox & oratio Appij fingitur: Mulier,
" quid tibi cum Cęlio? quid cum homine ado-
" leſcentulo? quid cum alieno? cur aut tam fa-
" miliaris huic fuiſti, vt aurum commodares?
" aut tam inimica, vt venenum timeres? Non
" patrem tuum videras, non patruum, non a-
" uum, proauum, atauum audieras Conſules
" fuiſſe? non denique modò te Q. Metelli ma-
" trimonium tenuiſſe ſciebas, clariſsimi & for
" tiſsimi viri, patriæq́; amantiſsimi, qui ſimul
" ac pedem limine extulerat, omnes propè ci-
" ues virtute, gloria, dignitate ſuperabat? cui
" cùm ex ampliſsimo genere in familiam cla-
" riſsimam nupſiſſes, cur tibi Cælius tam con-
" iunctus fuit? cognatus? affinis? viri tui fami-
" liaris? nihil horū. Quid igitur fuit, niſi quæ-
" dam temeritas, ac libido? nónne te, ſi noſtræ
" imagines viriles non commouebant, ne pro-
" genies quidem mea & illa Claudia æmulam
" domeſticæ laudis in gloria muliebri eſſe ad-
" monebat? Non virgo illa Veſtalis Claudia,
" quæ patrem complexa triumphantem, ab
" inimico Tribuno plebis de curru detrahi
" paſſa non eſt? Cur te fraterna vitia potius,
quàm

quàm bona paterna, & auita, & vsque à nobis „ cùm viris, tum etiã in fœminis repetita, mo- „ uerunt? Ideóne ego pacem Pyrrhi diremi, vt „ tu amorum turpißimorum quotidie fœdera „ ferires? Ideo aquam adduxi, vt ea tu inceſtè „ vterêre? Ideo viam muniui, vt eam tu alienis „ viris comitata celebrares? Hęc proſopopœia „ eſt Appij Claudij: ad quam deponendam, breuis reuocatio ad extremum ponitur his verbis. Sed quid ego (iudices) ita grauem perſonam induxi? vt & verear, ne ſe idem Appius „ repente conuertat, & Cælium incipiat accuſare illa ſua grauitate cẽſoria. Sic Aeneę proſopopœiam Vergilius Aeneid. 1. compoſuit, „ cùm Aeneas ſocijs cibum vinumque „

Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet:
O ſocij (neq; enim ignari ſumus antè malorum)
O paßi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.
Vos & Scyllaam rabiem, penitusq; ſonantes
Acceſtis ſcopulos: vos & Cyclopea ſaxa
Experti: reuocate animos, mœſtumq; timorem
Mittite: forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troia.
Durate, & vosmet rebus ſeruate ſecundis.
Talia voce refert, curisq; ingentibus æger,
Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

Hic poetã Aeneam nõ humeris, ſed verbis ita ſuſtinuit, vt Aeneas ipſe Aeneam, veriùs

" exprimere non potuerit. Eadem figura licet
" mutis & inanimatis rebus sermonē dare:cu-
" iusmodi illa sunt in Catilinam maiorum la-
" terum, cùm patriam loquentē Orator indu-
" cit:Si te(ait) parentes timerent atq; odissent
" tui:neq; illos vlla ratione placare posses, vt
" opinor,ab eorum oculis aliquò concederes:
" nunc te patria,quæ cōmunis est omnium no-
" strûm parens,odit ac metuit, & iamdiu de te
" nihil iudicat,nisi de parricidio suo cogitare:
" huius tu neque authoritatem verebere? neq;
" iudiciū sequere?neq; vim pertimesces? Quæ
" tecū,Catilina, sic agit, & quodāmodo tacita
" loquitur:nullum iā tot annos facinus extitit,
" nisi per te: nullum flagitium sine te : tibi vni
" multorum ciuium neces, tibi vexatio, dire-
" ptioq; sociorum impunita fuit ac libera : tu
" nō solùm ad negligēdas leges & quęstiones,
" verùm etiam ad euertendas perfringendasq;
" valuisti. Superiora illa quanquā ferenda nō
" fuerunt,tamen vt potui, tuli: nunc verò me
" totā esse in metu propter te vnum, quicquid
" increpuerit, Catilinam timeri, nullū videri
" contra me consilium iniri posse, quod à tuo
" scelere abhorreat,non est ferendū.Quamob-
" rem discede,atq; hunc mihi timorem eripe,
" si est verus,ne opprimar: sin autem falsus, vt
" tandē aliquando timere desinam. Hæc si te-
" cum, vt dixi, patria loquatur, nonne impe-
" trare debeat, etiam si vim adhibere non pos-
sit?Hic vides quàm decorè & suscepta & de-
posita sit persona. Et paulò post talis in ea-
dem

dem oratione prosopopœia Reip. Etenim si mecum patria (quæ mihi vita mea multò est „ charior) si cuncta Italia, si omnis Respub. lo- „ quatur: M. Tulli, quid agis? &c. Tandem per- „ sona ita deponitur: His ergo sanctissimis „ Reip. vocibus, & eorum hominum, qui idem „ sentiunt, mentibus pauca respondebo. Sed „ satis de prosopopœię schemate, quo tanquã „ aliquo in scenis pegmate, quæuis non solùm hominum, sed etiam Deorum persona à poetis effingitur. Quapropter isto poetico spiritu Orator velut afflatus, in primis admirabilis est.

Cap. 34. DE ADDVBITATIONE.

Logismus sententiarum adhuc fuit: sequitur Dialogismus, qui est in interrogatione & respõsione. Interrogatio deliberatione & occupatione figuratur. Deliberatio est, cùm varias tanquam consultationis rationes subinde interrogamus, quo in genere suspensis diutiùs audientiũ animis aliquando inexpectatum quidpiam maius aut minus expectatione statuit. Deliberatio est in addubitatione aut communicatione. Addubitatio seu ἀπορία, est deliberatio nobiscum. Pro Cluent. Equidem quod ad me attinet, quò me vertam, nescio: negẽ fuisse illam infamiam corrupti iudicij? negem illam rem agitatam in „ concionibus? iactatam in iudicijs? commemoratam in senatu? euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus „ insitam,

„ insitam, tam vetustam? non est nostri inge-
„ nij: vestri auxilij est (Iudices) huius innocen-
tiæ, sic in hac calamitosa fama, quasi in ali-
qua perniciosissima flamma, atque in com-
muni incendio subuenire. Aeneid. 4.

En quid agam? rursusne procos irrisa priores
Experiar? Nomadumq́; petam connubia supplex?
Quos ego sum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes, atque vltima Teucrûm
» *Iussa sequar?* —

» Tandem responsio addubitationis sequi-
» tur.

» *Quin morere, vt merita es, ferroq́; auerte dolorẽ.*

„ Philip. 3. Quid putem contemptúmne me?
„ non video, nec in vita, nec in gratia, nec in re
„ bus gestis, nec in hac mea mediocritate inge-
nij, quid despicere possit Antonius. an in se-
natu facillimè detrahi posse credidit? Atqui
ordo clarissimis ciuibus bene gestę Reipub.
„ testimonium multis, mihi vni, conseruatæ
„ dedit. An decertare mecum voluit contentio
„ ne dicẽdi? hoc quidem beneficium est: Quid
enim plenius, quid vberius, quàm mihi &
pro me, & contra Antoniũ dicere? illud pro-
fectò est: non existimauit sui similibus pro-
bari posse, se esse hostem patriæ, nisi mihi es-
set inimicus.

CAP. 35. DE COMMVNI-
catione.

Cõmunicatio vel ἀνακοίνωσις est delibe-
ratio cum alijs, pro Quint. Ego pro te nunc
hoc

hoc consulo, post tempus in aliena re, quod tu in tua re, cùm tempus erat, consulere oblitus es. Quæro abs te C. Aquili, L. Luculle, ,, P. Quintili, M. Marcelle, vadimonium mihi ,, non obijt quidam socius & affinis meus, qui ,, cum mihi necessitudo vetus, controuersia de ,, re pecuniaria recens intercedit: postulóne ,, à prętore, vt eius bona mihi possidere liceat? ,, an cùm Romæ domus eius, vxor, liberi sint, ,, domum potius denunciem? quid est quod ,, hac tandem de re vobis possit videri? Profectò si rectè vestram bonitatem atq; prudentiam cognoui, non multùm me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri: primùm expectare, deinde si latitare ac diutiùs ludificare ,, videatur, amicos conuenire, quærere quis ,, procurator sit. domum denunciare: dici vix potest, quàm multa sint, quæ respondeatis antè fieri oportere, quàm ad hanc orationem extremam ac necessariam deuenire. Verr. 7. ,, In Tricalino (quem locum fugitiui iam antè ,, tenuerunt) Leonidæ eiusdem Siculi familia ,, in suspicionem vocata est coniurationis: res delata est ad istum: statim (vt par fuit) iussu eius, homines, qui non nominati erât, comprehensi sunt, adductiq; Lilybæum: domino denunciatum est, vt adesset: causa dicta damnati sunt. Quid deinde? quid censetis? furtú ,, fortasse aut prædam expectatis aliquam: nolite ,, vsquequaque eadem quærere, in metu ,, belli, furandi quis locus potest esse? etiam si ,, qua fuit in hac re furãdi occasio, prætermissa ,,

" est. Tum potuit à Leonida numorum aliquid
" auferre, cũ denunciauit, vt adesset: fuit nun-
" dinatio aliqua, & isti non noua, ne caussam
" diceret: etiam alter locus, vt absolueretur:
" damnatis quidem seruis, quæ prædandi po-
" test esse ratio? produci ad supplicium necesse
" est: testes enim sunt, qui in consilio fuerunt:
" testes publicæ tabulæ: testis splendidissima
" ciuitas Lilybætana: testis honestissimus ma-
" ximusq; conuentus ciuium Romanorum. ni-
" hil potest, producendi sunt: itaq; producun-
" tur, & ad palum alligantur. Etiamnum mihi
" expectare videmini, Iudices, quid deinde fa-
" ctum sit: quòd iste nihil vnquam fecit sine a-
" liquo quæstu, atq; præda. Quid in eiusmodi
" re fieri potuit? quod commodum est? Expecta
" te facinus quàm vultis improbum: vincam
" tamen expectationem omnium. Nomine sce-
" leris coniurationisque damnati, ad suppli-
" cium traditi, ad palum alligati, repentè mul-
" tis millibus hominum inspectantibus, soluti
" sunt, & Leonidæ illi domino redditi.

CAP. 36. DE OCCVPATIONE.

Atq; eiusmodi est dialogismus deliberationis: dialogismus occupationis sequitur, cùm alieni consilij interrogationem occupamus, eiq; responsionem subijcimus. Ideoq; dialogismus hic à priore parte occupatio, à posteriore subiectio dicitur: Græcè πρόληψις appellatur. Occupatio ferè prosopopœiã coniunctam habet: ideoq; aliàs obliqua, aliàs perfe-

cta est

cta est.Pro Amer.Credo ego vos(iudices)mi „
rari, quid sit cùm tot summi oratores homi- „
nesq; nobilissimi sedeant, ego potissimùm „
surrexerim,&c. Tandem respōsio subiungi- „
tur.Quæ me igitur res præter cæteros impu- „
lit,vt caussam S. Roscij reciperē? quia si quis „
istorū dixisset,quos videtis adesse, &c. mul- „
tò plura dixisse, quā dixisset, putaretur,&c. „
Ego si omnia liberè dixero, nequaquam ta- „
men similiter oratio mea exire atque in vul- „
gus emanare poterit.Sic Ver.1. Si quis vestrū „
iudices, aut eorū qui adsunt, fortè miratur, „
&c.Sic pro Cæl.Si quis(iudices) fortè nunc „
adsit ignarus legum, iudiciorū, consuetudi- „
nis nostræ: miretur profectò. Est prolepsis „
hæc procemijs valdè accōmodata.Occupatio „
plena est, quæ plenam prosopopœiā habet. „
pro Cæl.Dicet aliquis, Hæc igitur est tua di- „
sciplina?sic tu instituis adolescentes? ob hāc „
causam tibi hunc puerū parens cōmendauit „
& tradidit,vt in amore & voluptatibus ado- „
lescentiam suā collocaret? & hanc tu vitā & „
studia defenderes?Ego,si quis (iudices) hoc „
robore animi,atq; hac indole virtutis ac con „
tinētiæ fuit, vt respueret omnes voluptates, „
omnemq; viæ suę cursum in labore corporis „
atque in animi cōtentione conficeret, quem „
non quies, non æqualium studia, non ludi, „
non conuiuia delectarent, nihil in vita ex- „
petendum putaret, nisi quod esset cum lau- „
de & cum dignitate coniunctum: hunc mea „
sententia diuinis quibusdam bonis instru- „

ctum

„ ctum atque ornatum puto. Ex hoc genere il-
„ los fuiſſe arbitror Camillos, Fabritios, Cu-
„ rios, omneſque eos qui hæc ex minimis tãta
„ fecerunt. O cupamus aliquando iſto genere cogitationem noſtram, & obijcimus aduerſario, ipſumque reſpondentem contrà fingimus. Pro Quint. De re pecuniaria cupio contendere: nõ licet. At ea controuerſia eſt: nihil
„ ad me attinet, Cauſam capitis dicas oportet,
„ Accuſa, vbi ita neceſſe eſt. Non (inquit) niſi tu
„ antè nouo modo priore loco dixeris. Dicen-
„ dum neceſſariò eſt: præſtituendæ horæ ad ar-
„ bitrium noſtrũ. Iudex ipſe arceſſetur: quid
„ tum? tu aliquem patronum inuenies, hominẽ
„ antiqui officij, qui ſplendorem noſtrũ & gra
„ tiam negligat?

CAP. 37. DE PERmiſsione.

Ergo hę ſunt interrogationis figurę, in deliberatione & occupatione. Reſponſio, permiſsione & cõceſsione figuratur. Permiſsio eſt, cùm facti cuiuſpiam licentia cõdonatur,
„ Agrar. 2. Si quid eſt, quod indagaris, inuene-
„ ris, ex tenebris erueris, quanquam iniquum
„ eſt, tamen conſume ſanè, quoniam commo-
„ dum eſt: quoniã tu quidem attuliſti. aliquando ironia permiſcetur. Aeneid. 4.

—nunc & Ioue miſſus ab alto
Interpres diuûm fert horrida iuſſa per auras.
Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat: neque te teneo, neque dicta refello.

I, ſeq

I, sequere Italiam ventis: pete regna per vndas.

Ironia in sequenti exemplo apertior est. Pro Flacco: Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus eiectos: nimiæ pietatis & summi amoris in patriã vicißim nos pœnas (si ita dijs placet) sufferamus.

CAP. 38. DE CONCESsione

Concesßio est, cùm dictum aliquod aut argumentũ condonatur. Ver. 7. Sit sacrilegus, sit fur, sit flagitiorum omnium vitiorumque princeps: at est bonus imperator. Aeneid. 10.

Italiam petijt fatis authoribus: esto.

Aeneid. 7.

Flectere si nequeo Superos, Acheronta mouebo.
Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis:
At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus.

Delectat hoc ornamentũ in oratione præcipuè, cùm id concedimus, quod ei cui conceditur, nocet: vt sæpè fit in contentionibus & controuersijs. Pro Ligario. Habes igitur Tubero (quod est accusatori maximè optandum) confitentem reum: sed tamen hoc ita confitentem, se in ea parte fuisse, qua te Tubero, qua virum omni laude dignum patrem tuum. Itaq; priùs de vestro delicto confiteamini, necesse est, quàm Ligarij vllã culpã reprehendatis.

CAP. 39. DE EPILOGO elocutionis.

Atque hæc de ornamentis elocutionis: quæ

quæ quò plura concurrerint, eò pleniorem ornatum orationis efficiant necesse est: vt in illo exemplo Ligarianæ defensionis: Certè
" contra ipsum Cæsarem est congressus arma-
" tus. Quid enim, Tubero, tuus ille districtus
" in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus
" ille mucro petebat? quis sensus erat armo-
" rum tuorûm? quæ tua mens? oculi? manus?
" ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?
" Hic metonymiæ variæ sunt: gladius, armorum, pro subiecto homine: sed metaphoræ sunt illustriores, ardor: in primisque illæ sensum & actum tribuentes rebus inanimatis, gladio, mucroni, armis, agebat, petebat, sensus: tum synecdochæ, mucro pro gladio, latus pro toto homine: tum in verbis, agebat, petebat, cupiebas, optabas, sunt epistrophæ soni: tametsi in clausula illa (mucro petebat) numerus est poeticus: denique in sententia tota est apostrophe vehementis & instantis interrogationis. Quibus omnibus troporum figurarumque generibus sic vsus Orator esse dicitur, vt Cæsari quamuis & iudici & aduersario, tamen velut incantato & stupefacto, color variè mutatus sit, & libelli quidã è manibus exciderint. Illa videlicet Platonis γοητεία fuit, illaque flexanima dominaq; summi Imperatoris oratio.

AVDO-

AVDOMARI TALAEI RHETORICAE LIBER SECVNDVS DE PRONVNCIATIONE.

CAP. I. DE PRAESTANTIA *pronunciationis*.

ELocutionis (quæ prima pars facta est artis Rhetoricæ) pręcepta in tropis & figuris exposita sunt: veniamus ad pronũciationem, partem alteram institutæ artis & doctrinæ. Pronunciatio est apta elocutionis enũciatio. Hanc partẽ Rhetoricæ artis Aristoteles primus animaduertisse videri voluit, viresque maximas habere docuit exemplo histrionum, quibus agentibus, poemata longè gratiora sint, quàm si poetæ ipsi pronũciarẽt. Tullius verò Oratorio tertio, cùm de elocutionis ornamentis dixisset, Sed hæc ipsa (ait)
omnia perinde sunt, vt aguntur: actio in di- ,,
cendo vna dominatur : sine hac summus O- ,,
rator esse in numero nullo potest : medio- ,,
cris hac instructus, summos sæpè supera- ,,
uit. Huic primas dedisse, Demosthenes di- ,,
citur, cùm rogaretur, quid in dicendo esset ,,
primum: huic secundas : huic tertias. Quo mihi meliùs etiam illud ab Aeschine dictum videri solet, qui cùm propter ignominiam iudicij cessisset Athenis, & se Rhodum contulisset,

tulisset,

,, tuliſſet, rogatus à Rhodijs, legiſſe fertur ora-
,, tionem illam egregiam, quam in Cteſiphon
,, tem contra Demoſthenem dixerat: qua per-
,, lecta, peritum eſt ab eo poſtridiè, vt legeret
,, illam etiam, quæ contra à Demoſthene pro
,, Cteſiphonte edita. Quam cùm ſuauiſsima
,, & maxima voce legiſſet, admirantibus om-
,, nibus, Quantò (inquit) magis admiraremi-
ni, ſi audiſſetis ipſum? Ex quo ſatis ſignifica-
,, uit quãtum eſſet in actione, qui orationem
eandem aliam eſſe putaret actore mutato. Et
certè infantes actionis dignitate, eloquentię
ſæpè fructum tulerunt: & diſerti, deformi-
tate agẽdi, multi infantes putati ſunt. Cuius
rei magnum argumentum Hortenſius eſt,
diu princeps oratorum, poſtea æqualis Cice
roni, perpetuò autem ſecundus: cuius tamen
ſcripta tam longè abfuerunt ab illa viuæ elo
,, quẽtiæ fama, vt appareret, aliquid placuiſſe
eo dicente, quod poſtea legentes non inue-
nerint. Quamobrem in hanc in primis Rhe-
toricæ partem omnia illa Platonis Ariſtote-
lisq́; probra iuſtiſsimè conferẽtur: omnesq́;
ὀψοποιίας, κομμωτικῆς, κολακείας, γοητείας, ψυ-
χαγωγίας insidię in hac vna parte reperien
tur. Artis tamen huius tantæ magiſtri nobis
deſunt, Phonaſcus, Scenicus hiſtrio, Laniſta,
Palæſtricus, Demoſt. & Cicero, id eſt, verus
orator, cuius exemplo eloquentiæ diſcipu-
lus exerceatur. Itaq; tanto maiore induſtria
hic opus eſt, quia magiſtri illi viui nuſquam
ſunt, tantumq́; picti in libris vix apparent.

CAP.

CAP. 2. DE MODERATIONE vocis.

Partes pronũciationis duæ sunt: vox, vnde pronũciatio: & gestus, vnde actio dicitur. Atque harum partium altera ad aures, altera ad oculos attinet, per quos duos sensus, ad animũ omnis ferè cognitio peruenit. Sed de voce priùs: cuius bonitas optanda quidẽ nobis est primũ: deinde quęcunque ea fuerit, tuẽda & exercenda: sic vt omnia quæ proferẽtur sono vocis, rebus quæ dicuntur accommodato proferantur. Vocis autem vnum est generale præceptũ, ne sit grauissima, néue acutissima. Nã submisso illo murmure debilitatur omnis intentio, contra aũt dicere omnia clamosè, insanum est. Itaq; intermedijs inter imum sublimumq; spatijs est consistendũ. Atque ad vocem obtinendam (ait Tullius) nihil est vtilius, quàm crebra mutatio: nihil perniciosius, quàm effusa sine intermissione contentio. Quid ad aures nostras actionis suauitate, quid est vicissitudine & varietate & continuatione aptius? Itaque ad hanc vocis moderationẽ, Gracchus tantam scientiã & diligentiã adhibuit, vt seruũ Erycinũ literatum hominẽ & peritũ, pòst se occulto loco haberet, qui concionãti inflaret eburneola fistula sonum, quo illũ aut remissum excitaret, aut à cõtentione reuocaret. In omni quippe voce est quiddã medium sed suũ cuique voci: hinc gradatim ascendere vocẽ, vtile & suaue est. Nã à principio clamare, agreste quiddam est:

 & illud

& illud idem ad firmádum vocem eſt ſalutare. Deinde eſt quiddã contentionis extremũ, quod tamen inferius eſt, quàm acutiſsimus clamor: quò te fiſtula progredi nõ ſinet: & tamẽ ab ipſa cõtentione reuocabit. Eſt item cõtrà quiddã in remiſsione grauiſsimũ, quoq; tanquam ſonorũ gradibus deſcenditur. Hæc varietas, & hic per oẽs ſonos vocis curſus, & ſe tuebitur, & actioni afferet ſuauitatem. Sed fiſtulator domi relinquendus, ſenſus huius conſuetudinis ad vſum deferendus. Iſta eſt æqualitas, cui contrariã μονοτονίαν Quintilianus cum Cicerone valde item fugiendam cẽſet. Sed enim vocalis huius varietatis moderatrix eſſe debebit animi cogitatio. Hæc enim ſumma cauſa eſt pronuntiationis, vt vox ſit animi interpres & nuntia. Sunt enim voces, vt nerui in fidibus: atq; ita ſonant, vt à motu animi ſunt pulſæ.

CAP. 3. DE VOCE IN SINgulis verbis.

" Ratio igitur vocis erit in ſingulis verbis,
" vel in tota ſentẽtia. De verborum aũt ſingu-
" lorum pronuntiatione ita Quintil. præcipit:
" Proponamus nobis (ait) illud Ciceronis in
" oratione nobiliſsima pro Milone principiũ:
" nõne ad ſingulas penè diſtinctiones, quam-
" uis in eadẽ facie, tamen quaſi vultus mutan-
" dus eſt? Etſi vereor (Iudices) ne turpe ſit pro
" fortiſsimo viro dicere incipientẽ timere. Et-
" iam ſi eſt toto propoſito contractũ atque ſum
" miſſum, quia & exordium eſt, & ſolicitum

exordium:tamen fuerit, necesse est, aliquid ,, plenius & erectius, dũ dicit, Pro fortissimo ,, viro:quàm cùm, Etsi vereor, & turpe sit: &, ,, Timere. Iam secunda respiratio increscat o- ,, portet, & naturali quodam conatu, quo mi- ,, nus pauidè dicimus quæ sequuntur, & quo ,, magnitudo animi Milonis ostenditur. Mini- ,, meq; deceat, cùm Titus Annius ipse magis de ,, Reipublicæ salute, quàm de sua perturbetur. ,, Deinde quasi obiurgatio sui est, Me ad eius ,, caussam, parẽ animi magnitudinem afferre ,, non posse. Tum inuidiosiora, Tamen hæc no- ,, ui iudicij noua forma terret oculos. Illa ve- ,, rò iam penè apertis (vt aiunt) tibijs: Qui quo ,, cunquè inciderint, veterẽ consuetudinẽm fo ,, ri, & pristinum morẽ iudiciorum requirũt. ,, Nam sequens latum etiã atque fusum est: Nõ ,, enim corona, consessus vester cinctus est, vt ,, solebat. Quod notaui, vt appareret non so- ,, lùm in membris caussæ, sed etiam in articu- ,, lis esse aliquam pronũciandi varietatẽ: sine qua nihil neque maius, neque minus est. Hæc Quintilianus de pronunciatione singularũ vocum: in quo troporum genera, si qua sunt actuosa, reluceant necesse est. Non enim aliter Ironia, neque Metaphora illustrior & animosior intelligeretur.

CAP. 4. DE CANTICO VOCIS.

Sequitur pronunciatio totius sententiæ, in qua figuræ omnis generis affectusq; comprehenduntur. Figuræ autem verborum cùm totæ sint in numerosis dimensionibus, aut re-

" petitionibus continent illũ ſine dubio cantum, de quo Tullius & Fabius. Eſt (ait in Oratore Tullius) in dicendo etiã quidam cantus obſcurior, nõ hic è Phrygia & Caria Rhetorũ epilog⁹, penè canticũ: ſed ille, quẽ ſignificat Demoſthenes & Aeſchines, cũ alter alteri obijciat vocis flexiones. Dicit plura etiã Demoſthenes, illũq; ſæpè dicit voce dulci & clara fuiſſe. Hæc Tullius. Sequentia Fabius, cùm de quodã cantico dixiſſet; Tales ſunt (ait) illæ inclinationes vocis, quas inuicem Demoſthenes atq; Aeſchines exprobrant: non ideo improbandæ: cùm enim vterque alteri obijciat, palam eſt vtrunque feciſſe. Nã neq; ille per Maratonis, & Platearũ, & Salaminis propugnatores recto ſono iurauit: neq; hic Thebas ſermone defleuit. Hæc Fabius. Vnde cantum quendam orationis de vocis flexione & ſuauitate adhibitum ab oratoribus intelligimus: qui ſanè totus eſt in illis verborũ figuris, cumq; totis animi affectibus.

CAP. 5. DE VOCIS IN-
tentione & remiſſione.

Sed tamen intendendæ vel remittendę vocis in oratiõe tota, quæ eſt in verbis ſingulis, " proſodia eſt. Acutæ exemplũ eſt pro Lig. Vide Cæſar, quàm non reformidem, quanta lux tuæ liberalitatis & ſapiẽtiæ mihi apud te dicenti oboriatur. Quantũ potero, voce cõtendam, vt hoc populus Romanus exaudiat. Suſcepto bello Cęſar, geſto etiã ex magna parte, nulla vi coactus, iudicio meo ac volũtate ad

ea ar

ea arma profectus sum, quæ erant sumpta cõtra te. Et hanc Orator ipse contentionẽ vocis prædixit. Est acuminis diuersa vox, & penè extra organũ, cui Græci nomẽ amaritudinis dederunt, supra modũ ac pene naturam vocis humanę acerba: vt cũ populus acclamatione aduersa, Cic. pro Rabirio agentem turbaret: Nihil (ait) me clamor iste cõmouet, sed consolatur, cũ indicat esse quosdã ciues imperitos, sed non multos. Nunquã (mihi credite) pop. Rom. hic, qui silet, Consulẽ me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur. Quantò iam leuior est acclamatio? Quin continetis vocẽ, indicẽ stultitiæ vestræ, testẽ paucitatis? Prima illa sunt lẽtiora: postrema vocis amaritudinem illam habent. Exemplũ grauis & plenę vocis est Phil. 2. Si inter cœnã in tuis immanib⁹ poculis accidisset, quis nõ turpe duceret? In cœtu verò populi Romani publicum negotium gerẽs, magister equitũ, cui ructare turpe esset, is vomens, frustis esculentis vinum redolentibus, gremium suum, & totũ tribunal impleuit. In redditione collationis, producenda sunt omnia, trahendæ vocales, quòd maior quàm antea, aperiendæ fauces, fœditas exprimatur. Vocis aũt circũplexæ & moderatæ exemplum ęst pro Lig. Quid enim, Tubero, tuus ille districtˀ in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?

CAP. 6. DE VOCE *Affectuum.*

Atque hæc cõmunia affectuum ferè omnium: specialia quædã sunt in singulis affectibus, quorum pulsum tactumq; voces exprimunt. Itaq; in alio affectu, vocis aliud genus est. Qua de re iam ante Aristotelẽ Thrasymachus ἐν τοῖς ἐλέοις quædã pręceperat: nec Aristoteles primus videtur id animaduertisse, præsertim cũ ab eo Thrasymachus hac de re appelletur. In miseratione igitur, vox erit flexibilis, plena, interrupta, flebilis: vt in il-
" lo Gracchanæ orationis loco: Quò me miser
" conferã? quò vertã? in Capitoliũmne? at fra-
" tris sanguine redundat: an domũ, matrẽmne? vt miserã lamentantemq; videam, & abiectã? Quæ à Graccho Tullius ait acta sic esse oculis, voce, gestu, inimici vt lachrymas tenere nõ possent. In iracundia vox contraria est, a-
" cuta, incitata, crebrò incidens. Phil. 2. O prę-
" claram illã eloquentiam tuã, cùm es nudus
" cõcionatus. Quid turpius? quid fœdius? quid
" supplicijs omnib⁹ dignius? num expectas dũ
" te stimulis fodiam? Hæc te, si vllam partem
" habes sensus, lacerat, hæc te cruentat oratio.
" Vereor ne imminuã summorum virorũ au-
" thoritatẽ & gloriam: dicam tamẽ dolore cõ-
" motus: Quid indignius, quàm viuere eum,
" qui imposuerit Diadema, cùm omnes fatean
" tur iure interfectum esse, qui abiecerit? Talẽ vocem requirit reticentia illa.

In cælum terramq; meo sine numine venti, &c.

In metu & verecundia contractus & hęsitans sonus est. Terent. Eun.

Totus Parmeno tremo horreóq́, postquam aspexi hanc.

Talis vox Ciceronis fuit in plerisq; exordijs, vt pro Deiotaro etiam significatur: Cũ in o- " mnibus causis grauiorib', C. Cæsar, initio di " cendi cómoueri soleam vehementiùs, quàm " videtur vel vsus, vel ætas mea postulare: tum " in hac causa ita me multa perturbãt, vt quan- " tum mea fides studij mei afferat ad salutem " Regis Deiotari defendendam, tantum facul- " tatis timor detrahat. In voluptate, tenerum, lene, effusum, hilaratum vocis genus optatur, Qualis est illa vox Aeneæ, pictum in tapetis Troiæ excidium intuentis.

Constitit, & lachrymans, Quis iam locus (inquit) Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus: sunt hic etiam sua præmia laudi:
Sunt lachrymæ rerũ, & mentẽ mortalia tangunt.
Solue metus: feret hæc aliquam tibi fama salutẽ.

Dolor sine cõmiseratione, graue quiddam " & imo pressu ac sono obductum requirit. In " Pison. Meministine cœnũ, cùm ad te quinta " ferè hora, cum C. Pisone venisſẽ, nescio quo " è gurgustio te prodire, inuoluto capite so- " leatum? & cùm isto ore fœtido teterrimã no " bis popinam inhalasses, excusatione te vti valetudinis, quod diceres vinolentis te quibusdam medicamentis solere curari? quam nos causam cùm accepissemus, (quid enim

" facere poteramus) paulisper stetimus in illo
" ganearum tuarum nidore atque fumo, vnde
" tu nos cùm improbissimè respondendo, tum turpissimè eructādo eiecisti? In blandiendo, faciendo, satisfaciendo, rogando, læuis vox & summissa est. Aeneid. 4.

Méne fugis? per ego has lachrymas, dextramqúe tuam, te
(Quando aliud mihi iam miseræ nil ipsa reliqui)
Per connubia nostra, per inceptos hymenæos:
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam
Dulce meum: miserere domus labentis, & istam,
Oro (si quis adhuc precibus locus) exue mentem.

Atque hęc de Vocis & in singulis verbis & in totis affectibus, moderatione: ad quam exercendum, optimum esse cēset Fabius ediscere quàm maximè varia, quæ flexus oēs habeant, eaq́; quotidie ita dicere, vt agimus, vt simul in omnia paremur. Sic Cicer. vitiū huic moderationi contrarium emendauit. Omnia enim sine remissiōe, sine varietate, vi summa vocis, & totius corporis cōtentione dicebat. Sed peragrata Græcia & Asia, omnium generum Rhetoribus auscultatis, & ad hoc remedium adhibitis, tandē nō modò exercitatior, sed propè mutatus rediit. Medicina tamen ista cōtinuata est diutiùs, vt à cœna post Solis occasum frictiones, & certorū spaciorum inambulationes tenerētur. Recreandę voculæ caussa necesse est mihi ambulare: scribit iam

iam ætate grauis, ad Atticum. Quintilianus huc adiungit vnctiones, temperantiam Veneris & victus.

CAP. 7. DE PRAESTANTIA *Actionis.*

Hactenus de voce: actionis lex & gestus superest (quam Quintilianus chironomiam appellat) virtutis multò maioris, quàm vlla vox esse possit. In ijs enim omnibus, quæ sunt actionis, inest quædã vis à natura data: quare etiã hac imperiti, hac vulgus, hac deniq; barbari maximè commouentur. verba enim neminem mouent, nisi eum, qui eiusdẽ linguæ societate coniũctus est: sententiæq; sæpè acutæ, non acutorum hominũ sensus præteruolant. Actio, quæ præ se motũ animi fert, omnes mouet: ijsdem enim omniũ animi motibus concitantur, & eos ijsdem notis, & in alijs agnoscunt, & in se ipsis iudicant. Argumento magno est Pantomimus, qui solo gestu, sine voce, omnia spectantibus significat: vt gestus in tanta per tot gentes linguarum diuersitate, tanquam communis hominum sermo esse videatur. Imò verò etiam bestiarum, quæ signis affectus suos enunciant: quin etiam rerum inanimatarũ: sic enim picturæ & imagines tacitæ loquuntur. Itaque gestus, sermo corporis & eloquentia rectè à Cicer. nominatur: in eoque summum studium duo summi oratores Demosthenes & Cicero posuêre. Demosthenes speculũ grande intuens

quamuis fulgor ille sinistras imagines redderet: suis demum oculis, quod efficeret, credidit. Quinetiam Satyrum histrionem ad eas artes magistrum adhibuit. Et Cicero histrionibus quoque huius doctrinæ magistris Roscio Comœdo, & Aesopo Tragœdo vsus est. Chironomiā verò Quintilianus author est ab heroicis vsque temporibus repetitam, ab ipso etiā Socrate probatam, à Platone quoq; in parte ciuilium pósitam virtutum. Quare nec Aristoteles primus id animaduertit.

CAP. 8. DE GESTV TOtius corporis.

Lex vna hic summa est, vt ómnes vocis flexiones subsequatur gestus, nō hic verba exprimens Scenicus, sed vniuersam rem & sententiā, non demonstratione, sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti & virili, non ab scena & histrionibus, sed ab armis, aut etiā à palæstra. Trunco igitur totius corporis orator se ipsum moderetur, & virili laterum flexione, gestumq; magis ad sensus, quàm ad verba accommodet. Motus gesticulationibus ridiculus est. Sextus Tityus tam solutus & mollis in gestu fuit (sicut est in Bruto) vt saltatio quædam nasceretur, cui Tityus nomen esset: & Hortensius, tanquam histrio appellatus gesticularia Dionysia, notissimæ saltatriculæ nomine, vt apud Gelliū est, & nominatim à Cicerone dictum, in motu & gestu plus artis habuisse, quàm esset oratori satis, sed in his immoderatum studium repre-

reprehenditur: ſtatus verò corporis ſit ſecundum naturam erectus & excelſus: Etenim Natura

Os homini ſublime dedit, cælumq; tueri
Iuſsit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Contraria autem mutatio & vacillatio, quàm indecora ſit, Curionis motus ille argumento eſt, quē Iulius (vt eſt in Bruto) in perpetuum notauit, cùm ex eo in vtramque partem toto corpore vacillante quæſiuit, quis loqueretur è lintre, & Qu. Sicynius, homo impurus, ſed admodum ridiculus. Is cùm Tribun. Pleb. Curionem & Octauium Conſules produxiſſet, Curioq; multa dixiſſet ſedente Cn. Octauio collega, qui deuinctus erat faſcijs, & multis medicamentis, propter dolorem artuum, delibutus: Nunquam (inquit) Octaui collegæ tuo gratiam referes, qui niſi ſe ſuo more iactauiſſet, hodiè te iſtic muſcæ comediſſent.

CAP. 9. DE GESTV CAPITIS, *frontis & oculorum.*

Atq; hęc de corporis vniuerſi geſtu: partiū item ſua quædam ratio eſt, & quidem præcipua capitis, cum illo corporis ſtatu conſentientis. Demiſſo capite humilitas & modeſtia ſignificatur: & hoc geſtu Poeta verecundiam reginæ exprimit. Aen. 1.

Tum breuiter Dido vultum demiſſa, profatur.

Eundem modeſtiæ geſtum proponit Ho-

prius quàm illam eloquentiæ procellam effunderet: eoq; gestu par est Ciceronis timorem in principijs significatū esse: quinetiam
» id testificatur oratione illa, Cùm in omnib⁹
» caufis, C. Cæsar, &c. Aspectus vertitur eodē, quò gestus corporis: exceptis, quæ aut damnanda, aut remouēda sint, vt videamur auersari. Aen.3.

—Dij talem terris auertite pestem.
Aen.1. *Haud equidem tali me dignor honore.*

Solò tamen capite gestum facere, aut frequenter facere, vitiosum scenicis doctorib⁹ visum est, frontem ferire in dolore, Ciceroni videtùr oratorium, Fabio autem scenicū. Sed in ore ac vultu sunt omnia: in eo autem ipso dominatus est omnis oculorum. Vultus autem imago est animi, indices oculi. Quare cùm effeceris, ne quid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum magna debet esse moderatio: qui quot animi motus sint, tot significationes & communicationes habent. Tullius in Pisone cauillatur oculorum motum.
» Cùm esses interrogatus (ait) quid sentires de
» Consulatu meo: grauis author Calatinus,
» credo, aliquis aut Africanus, aut Maximus,
» & nón Cæsonius semiplacentinus, Caluen-
» tius: respondes, altero ad frontem sublato, al
» tero ad mentum depresso supercilio, crude-
» litatem tibi nō placere. Qualis illa nimirum
» comici patris, interim concitati, interim lenis persona est: similis enim est inæqualitas.

Na-

Narium,labrorum,menti,ceruicum,humerorum vitia magis notantur. Humeros iactabat Demosthenes: sed hoc vitium ita dicitur emendasse: vt cùm in angusto quodam pulpito stans diceret,hasta humero dependens immineret: vt si calore dicendi vitare id excidisset,offensatione illa commoneretur.

CAP. 10. DE GESTV BRAchij, *manus, digitorum.*

At brachium proceriùs proiectum, quasi quoddam telum orationis est: continuosque ac decurrentes locos maximè decet, & cùm speciosius quiddam vberiusque dicendū est: sicut illud, Saxa atq; solitudines voci respondēt: expatiatur in latus, & ipsa quodammodo se cum militari isto gestu fundit oratio. Sinistrum verò brachium, si quid eo agendū sit,eò vsque alleuandum est, vt quasi normalem angulum faciat. Manus autem minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens,tantum potest,vt sine hac trunca videatur actio. Nam cæteræ partes loquentē adiuuant:manus propè ipsa loquitur. Hinc Persianum illud Satyr.4.

Ergo vbi commota feruet plebecula bile:
Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ,
Maiestate manus.

Sinistra autem sola, nunquā gestum facit: dextræ sese frequenter accommodat.Sic iun-

genda eſt:Quò me miſer conferã, &c. Quantus verò ſit iunctarum manuum geſtus, exemplum poetæ demonſtrat. Aen. I.

Ingemit, & duplices tendens ad ſydera palmas
Talia voce refert: O terq́; quaterq́; beati,
Queis ante ora patrum, Troia ſub mænibus altis,
Contigit oppetere:—

Hic Poeta geſtum præmõſtrauit. Manus verò complodere, eſt ſcenicum. Atq; hæc de vniuerſa manu: in cuius digitis, ſingularis geſtus quidam eſt: atque ille in primis maximè communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur explicatis tribus, duoque medij ſub pollicẽ veniunt: & geſtus eſt inſtantior, & tribus pollice preſsis, index ille (quo craſſum in exprimendo animi dolore atque impetu ſcienter vſum ſignificat Antonius) explecare ſolet: Is in exprobrando & indicando (vnde ei nomẽ eſt) alternata ac ſpectante humerum manu paulùm inclinatus affirmat: verſus in terram vrget: aliquando pro numero vnitatis eſt. Eſt autem & ille verecundæ orationi aptiſsimus, quo quatuor primis leuiter in ſummum coeuntibus digitis, non procul ab ore, aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona ac paululùm prolata laxatur. Quintilianus credit hoc modo cœpiſſe Demoſthenem in illo pro Cteſiphonte timido ſummiſſoque principio: ſic item formatam Ciceronis manum, cùm diceret. Si quid eſt in me ingenij (Iudices) quod ſentio, quàm

quàm sit exiguũ, &c. Atque digitorum gestus tam insignis est: vetat tamen Tullius, ne vllæ sint argutiæ digitorum, ne ad numerum cadat articulus. Fit & ille habitus, qui pacificator in statuis solet esse, qui inclinato in humerum dextrũ capite, brachio ab aure protenso manum infesto pollice extendit: qui quidẽ maximè placuit ijs, qui se dicere sublata manu iactabant.

CAP. 2. DE GESTV PECTO- *ris femoris, pedis.*

In cæteris vitia ferè notata sunt: vt pectus ac ventrem proijcere, cædere etiam pectus, Fabio scenicum est. At femur ferire (quod Athenis primus fecisse creditur Cleon) vsitatum, & indignatos decet, & excitat auditorem. In pedibus verò status & incessus obseruatur. In dextrum ac læuum latus vacillare, alternis pedibus insistendo, ridiculum est. Supplosio tamen pedis in contentionibus & incipiendis & finiẽdis est opportuna. Incessus permissus est oratori, sed rarus, & tãtùm in causis publicis vbi suggestum amplum & spatiosum est: vbi etiam multi sunt Iudices, proindeq; in senatu, vbi plures, & in concione, vbi longè plurimi. Discursare tamen ineptissimum: vrbaneque Flauius Virginius interrogauit de quodã suo antisophista quot millia passuum declamasset. Atq; hæc de corporis gestu, qui magnis Oratoribus instrumentũ eloquentiæ prorsus admirabile fuit:

fastidiosos contemptores, argumentum hinc sumptum est. Nam cùm Tullius aduersus Callidium, hæresis illius oratorem diceret, pro argumento refutationis posuit, quòd veneni sibi comparati causam tam solutè egisset, tã leniter, tam oscitanter, tam sine corporis ge-
» stu. Tu Marce Callidi (inquit) nisi fingeres, sic
» ageres: præsertim cùm ista eloquentia, alie-
» norum hominum pericula defendere acerri-
» mè soleas, tuum negligeres? vbi dolor? vbi
» ardor animi? qui etiam ex infantiũ ingenijs
» elicere voces & querelas solet? nulla pertur-
» batio animi, nulla corporis: frons, non per-
» cussas, non femur: pedis (quod minimum est)
» nulla supplosio. Itaque tantum abfuit, vt in-
» flammares nostros animos, somnum isto lo-
» co vix tenebamus. Sic Tullius Callidium in
» ipso foro, tanquam in aliquo Rhetoricæ lu-
» do condiscipulum, non satis in arte, quã pro-
» fiteretur, attentum & consideratum vellicauit.

RHETORICAE AVDOMARI TALAEI

FINIS.